2.30

ERNESTI PLATNERI

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS

ET

MEDICINAE STVDIVM

OCTO SEMESTRIBVS DESCRIPTVM.

LIPSIAE,
litteris Hirschfeldianis.



E. PLATNER.

ERNESTI PLATNERI

PROFESSORIS QVONDAM MEDICI IN ACADEMIA LIPSIENSI

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS

ET

MEDICINAE STVDIVM

OCTO SEMESTRIBVS DESCRIPTVM.

PRIMO IVNCTIM EDIDIT

INDICEM COPIOSVM ET VITAM PLATNERI

ADIECIT

LVDOVICVS CHOVLANT

MED. ET CHIR. DOCTOR, IN ACADEMIA CHIR. MED. DRESDENSI PROFESSOR ET INSTITVTI POLICLINICI DIRECTOR, NOSOCOMII ELISABETHINI MEDICVS ORDINARIVS.

Accedit effigies Platneri.

LIPSIAE,

APVD LEOPOLDVM VOSS.

1824.

EDITOR LECTORIBUS
S. P. D.

Quadraginta quatuor programmata Ernesti Platneri, quae medicinae forensis, imo etiam politiae medicae potiora capita tractant, summo pretio ab harum rerum idoneis arbitris habita, dispersa hucusque ita latuerunt, ut vix iis innotescerent, quorum maxime referret, illa novisse, et ut timendum esset, ea post aliquot annos plane ex amplo literarum ambitu evanescere. Non me fugit quidem, apparuisse versionem eorum germanicam sub titulo: *Ernst Platner's Untersuchungen über einige Hauptcapitel der gerichtlichen Arzneiwissenschaft durch beigefügte zahlreiche Gutachten der Leipziger medicinischen Facultät erläutert. Aus dem Lateinischen übersetzt und geordnet herausgegeben von D.* Carl Ernst

HEDRICH. *Leipzig*, 1820. 8. Judicium de hujus versionis genio et utilitate non feram, quippe quod negotium esset non hujus certe loci; quis vero, Lectores, non potius integros accedat fontes, quam rivulos inde deductos et in aliam speciem mutatos? praesertim cum sermonis puritas et venustas non ultima horum programmatum laus sit. Praeterea desunt in illa versione tria programmata (nostrae seriei 28, 29, 43), quae ideo omisit Hedrichius, quia politiam medicam magis quam medicinam forensem spectarent. Ego vero completam Tibi offero et genuinam editionem.

Noctuas portarem Athenas, si Quaestionum medicinae forensis Platnerianarum laudem hic verbis meis vellem extollere, notam quippe et ab optimis viris jam celebratam. Scilicet non ex mera quidem enatae sunt theoretica rerum contemplatione, sed ex ipso usu longaevo, et ditissimo experientiae penu depromtae. Hic, quaeso, melius discant philosophiae detrectatores et solius experientiae (qua continuo gloriantur) somnolenti

laudatores: quomodo philosophia rebus sit addenda et ipse usus ad rationis leges perpetuas accommodandus.

Quod programmata novem *de medicinae studio* addiderim, id duplici de causa factum est: partim, quia haec quoque, quamvis minor, collectio pretii satis haberet, ut oblivioni eriperetur; partim ut ex ea innotesceret, quaenam ad Platneri mentem ratio fuerit medicinae forensis ad caeteras medicinae disciplinas.

Temporum rationem in serie programmatum servavi, quamvis Hedrichio placuerit systematicus ordo. Sed alius finis est huic instituto propositus, ac illi.

Id prae caeteris curae habui, ut quam accuratissime typis exscriberentur verba Platneri, ipsa, quantum licuit, orthographia et interpungendi ratione servata; de qua re praesertim in germanicis paginis, Te, Lector benevole, memorem esse cupio. Errores mere typographicos in ipsis programmatibus non ita raro occurrentes, ut decuit, delevi. Indicem alphabeticum copiosum addendum esse duxi, ut in tam varia rerum pertracta-

tarum indole omnia possint facili negotio evolvi, et ut plenius innotesceret hujus collectionis inexspectata et miranda certe plenitudo et ubertas.

Caeterum eo plus utilitatis in generis humani salutem ex his Platneri laboribus per omne aevum redundabit, quo magis assiduum iis studium consecrabunt et medici et jurisconsulti, quibus quidem viris hunc libellum eo confidentius commendo, quod exigua tantum ejusdem particula mihi ipsi possit vindicari. Id vero mihi curae fuit, ut ex optimis, qui exstant, fontibus vitam Platneri diligenter conscriberem, addita simul scriptorum ab eo exaratorum enumeratione accurata et completa. Valete.

Dresdae, Idibus Februarii,
MDCCCXXIV.

ERNESTI PLATNERI VITA.

FONTES.

1) Proprium vitae curriculum in PLAZII progr. de voluptatibus studiorum impedimentis, Lips. 1767. 4. pag. XIV, XV. (cfr. *Dresdnische Wöchentliche Frag-und Anzeigen* 20. *Octob.* 1767. N. 42.).
2) HEINR. GOTTLIEB KREUSSLER *Beschreibung der Feierlichkeiten am Jubelfeste der Univers. Leipzig, am* 4. *Decemb.* 1809. *Leipzig*, 1810. 4. pag. 45, 46; cum Platneri effigie.
3) *Allgemeine Zeitung* 1819. N. 9—11; recusum in
4) *Allgemeine Medicinische Annalen*, 1819. *Januar*, pag. 135—144; et supplementum ab EISFELDIO conscriptum (morbus et sectio cadaveris) ibidem: *Februar*, pag. 283—288.
5) *Platner's Character*, *Verdienst und Lebensweise*, in *Jenaische Literatur-Zeitung*, 1819. *Intelligenzblatt*, N. 38, 39; conscriptum a filio EDUARDO PLATNERO, Professore Marburgensi.
6) *Allgemeine (Hallische) Literat. Zeitung*, 1819. N. 126.
7) *Zeitung für die elegante Welt*, 1819. N. 30—32, auctore METHUSALEMO MÜLLERO; et N. 61, auctore EISFELDIO.
8) I. G. MEUSEL *das gelehrte Teutschland*, 5. *Aufl.* 6. *Bd.* pag. 117; 10, *Bd.* pag. 417; 15. *Bd.* pag. 51. et in LINDNERI et ERSCHII continuatione, 7. *Bd.* pag. 151.

Natus est Ernestus Platnerus Lipsiae, die undecimo Junii MDCCXXXXIV, patre Joanne Zacharia Platnero, Professore quondam Lipsiensi meritissimo, matre Christiana Sophia, e gente Schreiteria. Patrem

jam puer triennis morte praematura amisit. Illustris vir, Jo. August. Ernesti, paterno quasi amore nostrum amplexus et paternas vices erga eum in se suscipiens, puerum novennem jussit Gymnasium Altenburgense adire, ubi hic Ranischio, Hofmanno et Reichelio Professoribus prima doctrinarum debuit elementa. Jam biennio exacto, anno scilicet MDCCLV Lipsiam rediit; hic primo privatis praeceptoribus usus est, dein Scholam Thomanam, quae Lipsiae floret, frequentavit, ibique I. A. Ernestii lectionibus tam publicis quam privatis interfuit. Cum autem Ernesti mox Rectoris Scholae Thomanae munere se abdicasset, Platnerus noster Geram se contulit, ibi per duos et quod excurrit annos lectionibus fruitus est, quas in Gymnasio habuerunt Heydius, Hauptmannus et Zeibichius, tunc anno MDCCLXII Lipsiam rediit et in civium academicorum numerum receptus est. Acroasibus et exercitationibus Clodii, Mori, Winkleri, Borzii, Eberti, Belii, Jankei, Pohlii, Plazii, Bosii, Gehleri, Poerneri, Ludwigii aliorumque assedit; anno MDCCLXVI, summos in philosophia honores et Magisterii gradum obtinuit, anno MDCCLXVII, die IV. Septembris Doctor medicinae creatus est. Anno sequenti iter fecit, in quo Argentinam et Lutetiam et celebriores Brabantiae Belgiaeque urbes intravit. Redux in patriam anno MDCCLXX Professor medicinae extraordinarius, anno MDCCLXXX Professor medicinae (speciatim physiologiae) ordinarius factus est; simul anno MDCCCI Professor philosophiae extraordinarius, anno MDCCCXI Professor philosophiae ordinarius. Insuper Regi Saxoniae a consiliis aulae fuit inde ab anno MDCCXCVI; item Decanus perpetuus (postea Primarius), facultatis medicae Lipsiensis, Ephorus instituti clinici in nosocomio Divi Jacobi et

scholae obstetriciae in aedibus Trierianis, denique Senior academiae Lipsiensis. Docuit ex philosophicis disciplinis praesertim Logicam et Metaphysicam, doctrinam de moribus et Aestheticam, ex medicis disciplinis Physiologiam, Ophthalmiatricam et Medicinam forensem; plerumque autem ex his medicis disciplinis selecta tantum capita tractavit, integras vero philosophicas disciplinas. Nonnunquam latino sermone utebatur in docendo, purissimo semper; simul ingenuo, gravi, ornatoque genere dicendi, quod non tam dogmata audita inculcat, sed novas potius elicit ideas ex ingenio auditoris. Medicinam practicam nunquam exercuit, sicut etiam ex omni rerum natura nil ipse unquam observando indagavit, nisi mentem humanam, vitamque hominum. Medicinae forensi sedulo operam navavit, responsa nomine Ordinis Medicorum plurima composuit, selecta ejus doctrinae capita saepius propriis acroasibus tractavit.

Die duodecimo Maji MDCCCXVII dies festus nostro illuxit, semisaeculares enim cathedrae occupatae illi hac ipsa die deferebantur honores. Splendidissimo virorum summopere de litteris, de academia, de re publica meritorum coetui lectionem hac die habuit Platnerus *de libero arbitrio*, qua finita Beckius, apud quem tunc temporis academiae fasces erant, seni jubilanti, omnium praesentium quondam praeceptori, acceptos honores oratione habita gratulatus est.

Continuabat adhuc lectiones suetas ceterosque labores ei occumbentes solito cum vigore et exactitudine. Attamen mense Majo anni MDCCCXVIII intellectus ejus aperte incepit vacillare, quem casum amici discipulique attentiores diu jam timuerant, et qui mox in veram amentiam abiit. Temporis plane oblitus, anxiis cogitationibus de illatis sibi injuriis

rapinisque vexatus vitam semimortuam vixit, usque ad diem vigesimum septimum Decembris MDCCCXVIII, qua die animam Deo pie commendans placide exspiravit. Mortem praecesserant signa arthritidis anomalae, gangraena senilis in crure dextro, oedema pedum et sanguinis ex ano profluvium. Sectionem corporis anatomicam die vigesimo octavo Decembris exsecutus est Oetzmannus, M. D., urbis Lipsiensis chirurgus publicus, praesente medico defuncti, D. Eisfeldio, qui hanc de hac sectione relationem *) fecit: Corpus totum summopere emaciatum et collapsum, sura dextra locum gangraenosum ostendebat longitudine quatuor, latitudine trium pollicum, in inguine dextro hernia, qua defunctus per plures jam laboraverat annos. Cranii integumenta communia, arida magis quam succosa, cranio firmiter adhaerebant; ipsum cranium magnum, crassum et formose convexum, suturis penitus deletis. Dura cerebri membrana cranii superficiei internae arcte connexa; pia meninx in verticis regione densior, exsudationes lymphaticas hinc inde ostendens. Cerebrum formose globosum, cranii cavitatem perfecte explebat, gyri numerosi et praestantius evoluti, sulcis profundioribus distincti. Ventriculus lateralis sinister paullo plus liquoris continebat, quam vulgo solet. Medulla oblongata ad ligamenti fere speciem indurata. Cerebellum nimis molle. Glandula pinealis lapideum continebat concrementum ad pisi minoris magnitudinem. Vasa encephali sanguinea, praesertim cerebelli, vehementer distenta erant; hinc inde tunicae arteriarum justo crassiores et punctis ossescentibus obsitae. Basis cranii ossea in dextra parte magis evoluta, quam in

*) *Allgemeine medic. Annalen*, 1819. *Mon. Februar*, pag. 283.

sinistra, quod praesertim in parte petrosa ossis temporum et in partibus lateralibus ossis basilaris aperte conspicuum erat. In thorace notanda erat ossea quaedam propago in sexta costa dextri lateris, forsan ex lapsu derivanda, quem ante multos annos perpessus erat cum fractura claviculae sinistrae. Pulmo dexter pleurae adhaerens, sanguine admodum refertus; pulmo sinister sanior quam dexter videbatur, ceterum amplus admodum et versus superiora adhaerens vicinis partibus. Pericardium undique firmiter cordi adhaerens, aquam continere nullam potuit, cor ipsum magnum et rite formatum, polypus membranaceus in dextro ejus ventriculo. Hepar cum bilis vesicula morbosi nil ostendit, lien minor justo et massa granis milii simillima obductus. Pancreas induratum. Intestinum colon supra herniam amplum et expansum, infra illam coarctatum; reliqua intestina absque defectu. Renes magni et sani, vesicae urinariae parietes justo crassiores. Causa ergo morbi mortisque non in uno solummodo corporis vitio, sed in pluribus simul quaerenda est; cerebrum per tam multos annos in vehementissima semper actione detentum, succubuit tandem et in anomala raptum est acta, completae amentiae phaenomena edens. Ut Kantii, acutissimi discriminatoris, senectus stupiditate obnubilata fuit: ita nostri, qui ingenio gaudebat vividiori polytropoque, ultima vitae periodus in amentiam desinebat inquietam et anxie turbulentam.

Praeditus fuit Platnerus acri judicio cum vividissima imaginationis vi conjuncto; ita in philosophia scepticos secutus, in medicina philosophos, alteram alterius ope illustravit. Quae cogitando mentis acie acriter disjunxerat distinxeratque, ea phantasiae ope novis quasi vinculis jungebat et orationis concinnitate

et venustate ornabat. Sic, quamvis ad interiora usque philosophiae penetralia admissus, neutiquam tamen in hoc tam angusto clausoque circulo consistere voluit philosophiam, philosophique munus, sed in vitam ipsam quotidianam introducendo philosophiam, invicem hanc ex vitae hominum sedula observatione illustrabat. Quare studia, quae proprio vocabulo dicuntur anthropologica, prae ceteris coluit, in his unice aliquid veri certique agnoscens, in ceteris philosophiae disciplinis negando dubitandoque semper incedens. In medicina, cujus, praeter medicinam forensem, nullas coluit practicas disciplinas, Stahlium sectabatur, physiologiam praecipue ad hujus viri mentem exornare conatus, ab experimentis et sublimiori anatomia nimis longe remotus, hypothesium audax saepe laudator et acerrimus defensor. Sic in utraque, et philosophica et medica disciplina, docendo et scribendo per saeculi fere dimidiam non exiguam exercuit vim promovendo illas exornandoque. Non dogmata quidem tradidit, sed fontes aperuit, Hippocrenes instar, uberrimos, ex quibus nova promanaret idearum progenies, per longas annorum series foecundissima. Quare illis jure meritoque adnumerandus, qui in secunda praeteriti saeculi parte, meliorem in Germania tradendis disciplinis formam adferrent, et quibus recentior aetas sua debet doctrinarum adjumenta. Caeterum, quamvis alacriter Platnerus nova disciplinarum incrementa sequeretur, Kantii, Fichtii Schellingiique systematibus non omnino favit, cum a Kantio vivida eum phantasia, a Fichtio studiorum ampla ratio et universalis, a Schellingio denique sanum judicium longe removeret. Sic paullatim a recentiori philosophia alienus, antiquiori magis, quam nostrae studiorum aetati videbatur addictus, et

sicut junioribus annis studiorum elegantiam contra scholasticam defenderat barbariem, sic senex sanae mentis rectique judicii jura contra recentiorum philosophematum nebulosam mysticamque inconcinnitatem tuebatur.

In cathedra facundus latino sermone non minus quam vernaculo auditorum animos summa attentione tenebat, arida quoque disciplinarum capita venustate sermonis foecundando, et acerrimi judicii igniculis collustrando hinc inde emicantibus. Libero dicendi genere usus thesibus scriptis rarius indigebat, iisque tunc brevissimis et aphoristicis.

Effigies Platneri pluries exhibita est, et quidem praeter nostram, huic volumini adjunctam, adhuc in Vol. XXIII. *der neuen Biblioth. der schönen Wissenschaften;* dein in Anonymi libro: *Ueber die Grundsätze und die Natur des Schönen, Berl.* 1797. 8.; in Kreussleri libro supra inter fontes biographicos allato; denique seorsim sculpta a Bauseo secundum Grafium, quae icon nunc rarius occurrere et majori pretio haberi solet.

Scripta Ernesti Platneri, tam seorsim edita, quam ad aliorum labores accedentia, haec sunt:

1) Dissert. de vi corporis in memoria, Specimen I et II. Lips. 1767. 4.
2) Progr. Animus, quo sensu crescere dicatur? Lips. 1768. 4.
3) Progr. Historia literario-chir. lithotomiae mulierum. Lips. 1770. 4.
4) *Briefe eines Arztes an seinen Freund über den menschlichen Körper.* 2 *Bde. Leipz.* 1770. 1771. 8.
5) *Anthropologie für Aerzte und Weltweise.* 1. *Thl. Leipz.* 1772. 8. 2. *Thl. Leipz.* 1773. 8.
6) *Der Professor. Eine Wochenschrift. Leipz.* 1773. 1774. 8.
7) Supplementa in Jo. Zachar. Platneri institutiones chirurgiae.

Cum figg. Lips. 1773. 8. — Germanice: *Zusätze zu seines Vaters Chirurgie. Leipz.* 1776. 8.

8) Fr. Ledran's *chirurgische Gutachten. Aus dem Französischen; mit einer Vorrede von* Ernst Platner. *Leipz.* 1773. 8.

9) Sauveur Fr. Morand *vermischte chirurgische Schriften. Aus dem Französischen; nebst einer Vorrede von* Ernst Platner. *Leipz.* 1776. 8.

10) *Philosophische Aphorismen.* 1. *Bd. Leipz.* 1776. 8. 2. *Bd. Leipz.* 1782. 8. — Emendatius editi: *Leipz.* 1793. 1800. 8.

11) Dissert. de principio vitali. Lips. 1777. 4.

12) Dissert. Medicamenta quaedam inertiae accusata. Lips. 1778. 4.

13) Anton de Haen's *Heilungsmethode, aus dessen gröſserem Werke mit Weglassung aller zur Physiologie und Anatomie gehörigen Aufsätze, mit eigenen Abhandlungen und einer Vorrede von* Ernst Platner. *Leipz.* 1779—1785. 8.

14) Progr. Palaeophysiologia de inspiratione principii vitalis. Lips. 1780. 4.

15) Dissert. de morbis membranae tympani. Lips. 1780. 4.

16) Oratio de bonis Academiae Lipsiensis. Lips. 1781. 4.

17) *Papiere von* Joh. Karl Wezel *wider* D. Ernst Platner, *von letzterem nebst einem Vorberichte herausgegeben. Leipz.* 1781. 8.

18) Dissert. Repetitio brevis et assertio doctrinae Stahlianae de motu vitali. Lips. 1781. 4.

19) *Ein Gespräch über den Atheismus* (in versione libri Anglico idiomate scripti: David Hume *Gespräche über die natürliche Religion. Leipz.* 1781. 8.); secundis curis elaboratum: *Ueber den Atheismus, ein Gespräch von* Ernst Platner. *Neue Ausgabe. Leipz.* 1783. 8.

20) Progr. de lethalitate vulnerum absoluta. Lips. 1784. 4.

21) I. F. Dufour *Versuch über die Verrichtungen und Krankheiten des menschlichen Verstandes. Aus dem Französischen. Nebst Betrachtungen über die Hypochondrie (von* Ernst Platner). *Leipz.* 1786. 8.

22) Progr. vulgarem de fluido nerveo sententiam non antiquam esse, sed novam. Lips. 1786. 4.

23) Peter Fabre *Untersuchungen über verschiedene Gegenstände der theoretischen und practischen Arzneiwissenschaft. Aus*

dem Französischen. Mit einem Anhange von Ernst Platner. *Leipz.* 1788. 8.

24) Progr. Secretio humorum ex Stahlianae disciplinae principiis illustrata. Lips. 1788. 4.

25) Adversus sepulturam in aedibus sacris oratio. Lips. 1788. 4.

26) Progr. Dubitationes quaedam de imperio cordis in venas. Lips. 1788. 4.

27) Progr. Dubitationes quaedam super Boerhaavii atque Halleri decretis de nutritione. Lips. 1788. 4.

28) Progr. Physiologiae partitionem suam proponit et illustrat. Lips. 1789. 4.

29) Progr. Physiologiae definitionem suam breviter illustrat et asserit. Lips. 1789. 4.

30) Progr. in quo partium corporis humani genera definiuntur. Specimen I. Definitiones vasorum. Lips. 1789. 4. — Specim. II. Pars 1. Instrumentorum secernendi genera. Lips. 1789. 4. — Specim. II. Pars 2. Instrumenta secernendi glandulosa. Lips. 1790. 4.

31) Progr. de causis consensus nervorum physiologicis. Lips. 1790. 4.

32) *Neue Anthropologie für Aerzte und Weltweise. Mit besonderer Rücksicht auf Physiologie, Pathologie, Moralphilosophie und Aesthetik. Leipz.* 1790. 8.

33) Progr. de natura animi quoad physiologiam. Lips. 1790. 4.

34) Progr. Spes immortalitatis animorum per rationes physiologicas confirmata. Lips. 1791. 4.

35) Vindiciae sententiarum probabilium per systematis condendi festinationem de physiologia rejectarum. Progr. I. Fermenta. Lips. 1791. 4. — Progr. II. Calidum innatum. Lips. 1791. 4. — Progr. III. Parenchyma. Lips. 1792. 4. — Progr. IV. Appetitus naturalis. Lips. 1792. 4. — Progr. V. Principatus hepatis. Lips. 1793. 4.

36) Quaestionum physiologicarum libri duo; in quo altero generalis, altero particularis physiologiae potiora capita illustrantur. Praecedit prooemium tripartitum de constituenda physiologiae disciplina. Lips. 1794. 8.

37) Progr. An ridiculum sit, animi sedem inquirere? Lips. 1795. 4.

38) *Lehrbuch der Logik und Metaphysik. Leipz.* 1795. 8.

39) *Vermischte Aufsätze über medicinische Gegenstände. Frankf. und Leipz.* 1796. 8.

40) Quaestiones medicinae forensis Progr. I—XXXXIV. Lips. 1797—1817. 4.

41) Medicinae studium octo semestribus descriptum. Progr. I—IX. Lips. 1797—1799. 4.

42) Progr. de educatione futuri medici. Lips. 1808. 4.

43) Progr. de libertate, magno medicorum bono. Lips. 1816. 4.



QUAESTIONES
MEDICINAE FORENSIS

1 — 44.

1.

DE AMENTIA OCCULTA I.

1797.

Est quoddam genus amentiae, (quo ego nomine omnem communiter complector animi affectionem mentis vel rationis lumine carentem), reconditum illud quidem et imo pectore inclusum, inopinato ac subito erumpens, atque tum a memoriae et judicii usu, tum ab omni reliqua vitae actione ita quasi disjunctum et separatum, ut nullis externis notis, scilicet causa et vis morbi profundius latet, neque futurum provideri, neque praesens cognosci queat. Sed tamen vera haec insania est, quae in causa capitali necessarium argumentum afferat absolutionis. Nam etsi non probo — lenitatem dicam an levitatem? — eorum, qui, ne atrocissima crimina spe careant impunitatis, sceleratissimos homines quoscunque, qui in eorum se tutelam ac patrocinium dederint, stupratores, latrones, parricidas, incendiarios, seditionum concitatores, etiam in aperto facinore deprehensos et legitime convictos, sub obtentu amentiae poena student liberare judiciorum; ejus ipsius morbi, quem suis clientibus affingant, suspicionem in se ipsi derivantes probabiliorem: tamen vereor, ne in aestimandis vel maxime hujus occultae amentiae signis, non judicum negligentia ali-

qua aut nimia severitate, sed medicorum inscitia et culpa, qui harum rerum disceptatores et arbitri esse solent, graviter nonnunquam erretur. Itaque operam non inutilem fore putavi, si huius morbi omnem vim ac rationem strictim explicarem.

Est igitur amentia occulta nisus et conatus animi oppressi ad actionem violentam, hanc actionem secreto appetentis et molientis, tanquam suae oppressionis levamen et liberationem. Differt a melancholia primum hoc, quod in ea non desunt signa emotae mentis, quae in hoc genere nulla diximus apparere. Deinde haec occulta amentia intenta et defixa est in hanc ipsam actionem, quam nunc committit: furor melancholicus autem quanquam antea tectus animi afflictione et submissione itidemque inopinato se exserens, omnino violentam actionem aliquam machinatur, non hanc magis, quam aliam quamcunque. Ut melancholicus qui domum incendit, forte puerum aliquem interfecisset, si eo tempore, quo invicta illa oppressio animum angebat, puer obviam venisset et cultellus fuisset in promtu. Differt porro ab amentiae genere quocunque alio, quia facinus, quanquam expers malitiae, tamen consilio suscipitur ac deliberatione; proinde ab hoc genere omnis abest iracundia et furor. Non dubito, quin aliquis dicat, hanc non occultam insaniam, sed apertam malitiam, esse. Itaque volo exemplum aliquod narrare.

Homo temperamenti melancholico-cholerici, annos natus triginta duo, coecarum haemorrhoidum moliminibus aliisque consimilibus incommodis, etiam cum perspicua virium defectione, ita laborabat, ut sex annis amplius vix unquam incorrupta et integra sanitate frueretur. Erat cum hoc bonae indolis, sim-

plex, probus, mitis, placidus, alienus ab injuria omni et violentia; at ingenio paullulum hebetiori, et qui rebus occultis credulum se facile praeberet. Hunc invadit stultissima suspicio in sodalem, quocum ante tres annos altercationem et rixam habuisset jamdudum sedatam et oblivione extinctam, adeo ut serio credat, vitae suae ab illo insidias instrui, virium potentia magicarum. Auget et confirmat hunc timorem medici circumforanei sententia et auctoritas, cui alibi scilicet ac recondita sapientia instructo, nihil in ea re a probabilitate videretur abhorrere. Nunc suspicio abit in firmam opinionem; anxie studet sui sodalis, quocum in laterum fingendorum officina quotidie mercenariam operam faceret, propinquitatem et contagionem declinare; scilicet metuens, ne occulta hinc effluvia et lethifera ad suum corpus permearent. Et si quando illius praeeuntis vestigia suo pede attingit, manifesto sensu repentinae defectionis virium se credit admoneri. Sed intra hanc unam ille ideam ac suspicionem delirat; caeteroquin sanae et imperturbatae mentis: et ne haec quidem deliratio foras unquam profertur: ergo ne umbra quidem amentiae in eo apparet. Interea consilium init de isto scilicet insidiatore tollendo et interficiendo, non repente ac temere susceptum, sed diu agitatum et deliberatum. Ipse glandem plumbeam fingit, deinde per aliquot dies oculum diligenter exercet proposita meta quacunque, ut finem oculi conjectu attingere discat. Sic praeparatus sodalem petit et inflicto in caput vulnere exanimat. Quo peracto facinore ipse nomen ad judicem defert; facti omnino non poenitens, sed velut magno levatus onere et recreatus. Et quanquam sua ipsius confessione hoc in hoc homicidio consilium secutus erat, ut suam vitam tueretur, tamen tolerabi-

lius ei esse dixit, legitimo supplicio mactari, quam turpissimo genere mortis (magiam et sympathiam intelligens) perire. Nulla ne nunc quidem in eo mentis aberratio et emotio conspecta fuit. Tum judicibus, tum aliis, qui in custodia cum eo colloquerentur, ad omnes propositas quaestiones apte respondit; in illa tamen idea semper perseverans, vitae periculum sibi ab istius sodalis sui magia imminuisse.

Jam in hoc reo quae sunt amentiae probandae argumenta? Disceptemus in utramque partem.

I. Quae reo ex aliquot annis ab impedito haemorrhoïdum fluxu acciderant perturbationes, quanquam cerebrum et mentem aliquo modo attingentes, eae ipsae in sese non habent causam et vim amentiae, neque occultae neque apertae.

II. Omnes ab illo absunt notae insanae mentis, qui neque ante neque post factum, nec illo ipso tempore, quo illud vel pararet vel conficeret, amentiae ullam suspicionem reliquerint. Nam et memoria, et ratione valuit; adeo ut comparens apud judices, omnem vitae ante actae rationem, perpetuo sermone et servato tum temporum tum rerum ordine, enarraret, etiam de causa, quae ad hoc facinus eum adegisset, diligenter et perspicue exponeret.

III. Non subito furore aliquo incensus aut invitus violentum hoc facinus suscepit, aut culpae et poenae ignoratione, sed meditatus, imo ad tractandum instrumentum studiose exercitatus: ergo sui ulciscendi consilio, et hactenus malefaciendi cupiditate.

Ad quam redarguendam argumentationem et refellendam, quia tribus illa membris continetur, triplici responsione est opus.

I. Haemorrhoidum coecarum conatus magnam certum est vim in cerebro et nervis habere. Et quaecunque demum causa fuerit, non potest dubitari, quin corporis vitio graviter animus aegrotaverit. Nam utriusque vires una languerunt. Igitur non futurum fuisset, ut illo magiae stultissimo metu perpetuo teneretur, nisi ideae hujus vis ac dominatio, per cerebri debilitatem ac perturbationem, aucta fuisset et confirmata. Caeterum amentiae causam, in hoc exemplo, nequaquam volumus ad corporis morbum referri: at inclinatio et propensio ad stultas opiniones et formidines, in quibus omnis inerat desipiendi materia, a corporis aegritudine manifesto oriebatur.

II. Quod memoria reus non vacillabat, id, quanquam magni videatur momenti esse, tamen plane nullius est habendum. Namque memoriae ordo, in quo omnes insunt opportunitates et habilitates ad conjunctionem ac dispositionem idearum, non rationis vigore pendet, sed naturae legibus nititur; et visorum, quae vel similitudine, vel temporis ratione, aliquam inter se propinquitatem habent, ea est colligatio atque conjunctio, ut, uno recurrente, sponte recurrat alterum. Itaque cernere licet, amentes etiam melancholicos et furiosos, quietis intervallis et sedata nunc animi emotione, omnium rerum perspicuam et explicatam recordationem habere. Enimvero in memoria non modo inest omnis vis et commoditas reminiscendi, sed etiam, ut dixi modo ante, primarium fundamentum conjunctionis idearum: ergo haec non magis a ratione pendet, quam ipsa memoria; quippe quae ejus est effectrix. Imo vero motionum quoque et actionum successio quaedam est et convenientia, memoriae legibus potius, quam rationis im-

perio definita. Quapropter mea haec semper in hac re sententia fuit, neque in cogitandi, neque in agendi modo et ordine (nam haec fere memoriae sunt, non rationis) ullum imperturbatae ac sanae mentis certum signum deprehendi. Quae cum ita sint, quoniam nulla mentis integritas est sine usu rationis, hoc reum caruisse, jam est probandum. Igitur usus rationis cernitur in sensu veri et congrui; quo amisso sensu, nulla neque judicandi potest neque agendi norma et mensura inveniri. Nunc verum illud et congruum et expers repugnantiae, ad cujus ideam et quasi regulam ratio, quicquid vel judicamus vel facimus, exigere jubet, totum inest in principiis generalibus; quorum, ad usum rationis, promta et parata debet esse recordatio. Jam si, quantumvis caeteroquin vigente memoria, illorum principiorum oblivio hominem tenet, vel corporis, vel animi stimulis et perturbationibus gravioribus hinc avocatum, usus necessario tollitur rationis. Quo ita sublato, omnis tum idearum, tum actionum cursus partim memoriae habilitatibus, partim illis sive corporis, sive animi stimulis regitur. Qui, si valde sunt acres et potentes, ipsa memoria labat; quod plerisque melancholicis et furiosis accidit: sin leniores, ut in nostro hoc exemplo, illa se hactenus tuetur, ut idearum qualiscunque servetur et actionum concinnitas. Illa autem principia generalia, quibus omnem rationis usum diximus terminari, amentes plane non reminiscuntur; quorum si memores essent, amentes non forent, id est non mentis vel rationis lumine carerent. Eo autem caruisse reum, de quo scribimus, non potest dubitari. Namque ita erat animus hominis defixus in ideam suam et formidinem, ut principiorum rationis omnis in eo memoria extingueretur. Itaque rebus ineptissi-

mis fidem adhibuit: ut illud, malo daemone sodalem suum adjuvari, insidias per artes magicas et sympathiam sibi struentem. Quem cum suae tuendae vitae causa e medio sibi tollendum putaret, tamen a se interfectum esse ita ad judicem referebat, ut mortem, quam a se propulsare per tantum hoc facinus instituisset, nunc appetere potius, quam aversari et refugere, videretur.

III. Si, quod quis non repentino animi motu, sed meditatus ac praeparatus facit, consilio et libera voluntate id facere dicas: nec a furiosorum quidem actionibus ratio et arbitrium abhorrebit. Nam nulla tam gravis est mentis alienatae aegritudo, per quam vel finis contingendi studium, vel mediorum inveniendorum et comparandorum facultas et sollertia omnis necessario tollatur. Quin potius eorum, qui etiam cum furore desipiunt, admirabilis nonnunquam et judicandi sagacitas, et agendi sollertia deprehenditur, in rebus iis, quarum perpetua cogitatione animus quasi defixus tenetur. Et quod caput rei est, aberat a reo omnis iracundia et malitia: aderat autem tum corporis, tum animi perspicua et manifesta aegritudo.

Sed volo hunc gravissimum probandi locum illustrare judicio Ordinis Medicorum Lipsiensis, quantum illud quidem ad partem tertiam hujus quaestionis spectaret.

Obgleich an des Inquisiten Gemüthszustande, so viel sich davon in den Acten offenbaret, weder zu der Zeit, da er die That begangen, noch vor- und nachher eine namhafte Zerrüttung, aus den gewöhnlichen Merkmalen der Melancholie und Raserey, zu ersehen

ist; indem in der Art, wie er den Anschlag gefaſst, entworfen und ausgeführt, vielmehr Besonnenheit, Ueberlegung und Bosheit, als Verstandesverrückung hervorzuleuchten scheinet;

Dennoch aber, da Besonnenheit, Ueberlegung und Bosheit mit Wahnsinn, in einem gewissen Grade und besonders in Anschung der Dinge und Handlungen, welche die Materie des Wahnsinnes ausmachen, gar wohl bestehen kann; auch sich in dem Inquisiten weder die Heftigkeit übelwollender Leidenschaften, noch überhaupt die Bösartigkeit des Charakters im geringsten entdecken läſst, woraus man einen solchen Mord, in einem nicht verrückten Menschen, moralischer Weise erklären könnte; und es also um so mehr natürlich ist, den vorhandenen physischen Hinweisungen zufolge, diese That, als die Wirkung eines in der medicinischen Erfahrung nicht selten vorkommenden Wahnsinnes zu betrachten, der, ohne sich in den gewöhnlichen Erscheinungen von Melancholie oder Raserey zu verrathen, den Verstand durch den Einfluſs einer einzigen Idee bethört, und den Willen zu den vernunftwidrigsten Handlungen antreibt: zumal da der Inquisit, in dem durch seine abergläubige Furchtsamkeit eingänglich und nach und nach in der Einbildung fest gewordenen Gedanken von Sympathie, eine solche Idee wirklich gehabt hat; die, besonders in ihrem Zusammenhange mit der Liebe zum Leben und dem Triebe der Selbsterhaltung, in einem durch hämorrhoidalische Nervenunruhen geschwächten Kopf, eine unvermerkte Gewalt erlangen; und also endlich die Ursache einer Handlung werden konnte, die seiner nie bösartig, vielweniger verrucht gewesenen Gemüthsart auſserdem keinesweges gemäſs war: wie denn auch, in welchem

Grade jene Idee sein ganzes Gedankensytem verrückt hatte, daraus erhellet, dafs er fest glaubte, die Sympathie werde durch die Macht des bösen Geistes unterstützt (Art. —); ernstlich befürchtete, sein Camerad könne und wolle ihn mittelst derselben tödten, auch sich einbildete, es werde jedesmal schlimmer mit ihm, so oft er dessen Spur betrete, und er könne, so lange dieser am Leben sey, nicht gesund werden; und mehr als alles, daraus, dafs er nach vollbrachter That, wie doch die meisten nicht ganz verstockten Verbrecher, wenigstens in Hinsicht auf ihr eigenes Unglück, zu thun pflegen, dieselbe im geringsten nicht bereut (Art. —), sondern sich vielmehr erleichtert gefühlt (Art. —) und, ungeachtet er sie als ein Mittel seiner Selbsterhaltung gewollt, sich nichts desto weniger, mit der Erwartung eines gewissen Todes, selbst angegeben und die Bestimmung, als ein armer Sünder zu sterben, für glücklicher geachtet, als an der Sympathie, wie er sich ausgedrückt, hundsföttischer Weise umzukommen (Art. —):

So urtheilen wir: dafs der Inquisit, als ein von Natur einfältiger und abergläubiger Mensch, der für jede zu einem stillen, verschlossenen Wahnsinn leitende Idee, eines Theils durch seinen physisch-schwachen Kopf, andern Theils durch den Mangel aller Einsichten, mit denen er derselben hätte widersprechen und Einhalt thun können, zumal wenn sie von einer Leidenschaft unterstützt wurde, sehr empfänglich war, der Idee von Sympathie, mit Beziehung auf seinen Cameraden, seit zwey Jahren stets nachhing; nach und nach die Bewährung dieser Idee und seines Cameraden Vermögen und Willen, ihm durch Sympathie zu schaden, in seiner Einbildung wirklich ver-

spürte; durch diese Einbildung und zugleich durch andere physische Ursachen in seinem Gedankensystem zerrüttet; endlich von einem wahnwitzigen Abscheu, vor der ihm gehässigen und, seiner Meynung nach, verderblichen Sympathie, in dem Grade eingenommen wurde, daſs, indem er seinen Cameraden als das Werkzeug ihrer geheimen und von dem bösen Geiste verliehenen Kräfte betrachtete, er denselben aus dem Wege zu räumen beschloſs und, da die Idee, von welcher dieser Vorsatz regiert wurde, lebhafter und wirksamer in ihm war, als in diesem schon halb träumenden Zustande alle andere Vorstellungen seyn konnten; die That wirklich ausführte.

2.

DE AMENTIA OCCULTA II.

1797.

Amentiae occultae nuper fere ad hunc modum a nobis declarata definitio est, ut diceremus, esse gravem et profundam animi oppressionem, cujus stimulis ad clandestini facinoris violentiam voluntas absque furore impelleretur, tanquam ad molestiae intolerabilis liberationem. Hujus vero generis formae omnino sunt duae. Namque illa aegritudo animi et oppressio, in qua omnis ratio inest et vis morbi, in aliis particeps est conscientiae, in aliis expers. Ut ille laterum fingendorum opifex perspicuam ideam habebat, tametsi stultam illam et absurdam, curae ac sollicitudinis, quae menti suae inhaereret. Namque sui sodalis nescio quas insidias perhorrescebat, quae sibi per artem magicam et sympathiae vim ex occulto compararentur. Igitur de hoc interficiendo ita cogitavit, ut per ejus mortem suae vitae periculum propulsaret. Atque sic erat sibi conscius tum formidinis, quae animum teneret, tum causae, cur necem isti scilicet insidiatori putaret inferendam. Aliorum autem ejusmodi est perturbatio, ut, quid sit, quod se perpetuo sollicitet angatque, ipsi non possint invenire. Hi quanquam, similiter atque illi, violentam actionem aliquam appetunt, tanquam suae anxietatis remedium: tamen quid illa et quo modo sit valitura ad levamen ac liberationem, nullo pacto prospiciunt. Quod secus erat in isto, de cujus amentia nuper narravi: etenim

ad sodalem occidendum suae incolumitatis et salutis tuendae ac servandae studio commovebatur; quippe quod firma sibi opinio erat, se salvum esse non posse, nisi hunc de medio sustulisset. Sed in hoc altero genere, de quo nunc dicimus, quanquam nulla est initi consilii congruentia convenientiaque: tamen in proposito facto illud desinit, tanquam in scopo ac fine; ad quem cum pervenit, omnis illa plerumque amovetur oppressio et anxietas. Caeterum etiam hic admodum diligens nonnunquam et ingeniosa est atque diuturna excogitatio. Quae res ne aut judices, aut, qui ab his velut subsidiarii arbitri solent postulari, medicos fallat et a vera sententia abducat: hunc locum exemplo quodam illustrabo.

Puella agrestis, quae vix septimum decimum aetatis annum explevisset, bis ignem inferebat aedibus heri sui: primum carbonibus ignitis lignorum condendorum tugurio subjectis, quos promtos de fornace in vola manus eo deportasset; secundum filo sulphurato in tabulatum demisso, et ad semen feni diligenter admoto. Atque adeo cupida incendii erat, ut cum ignis, paullatim explicatus, jam currere coepisset, suavi quadam expectatione afficeretur, et flammam crepitantem arrectis et quasi avidis auribus attenderet. Primo tempore adparatus et laboris, qui ad compescendos ignes adhiberetur, otiosa spectatrix adstabat: secundo autem periculum denuntiat ipsa; et statim post collo circumdat funiculum; extremum suae anxietatis remedium morte ac suspendio quaerens. Nullam cum hero suo aut occultam simultatem, aut apertam discordiam habebat, quae irae et vindictae suspicionem posset afferre. Multo magis aberat ab ea vitiositate et malitia, quae ad tanti sceleris immanitatem, petulanti ac protervo nocendi studio, incitare-

tur. Sed nihilo magis amentiae perspicuum antehac indicium ediderat, cujus etiam deinceps nulla probabilia signa in ejus vel sermone, vel actione perhiberentur. At corporis minime dubia erat aegritudo. Nam ex quarto jam aetatis anno spasmis laboraverat, qui tandem ad verae epilepsiae perennitatem confirmarentur. Cujus morbi tentationibus tanto vehementius petebatur, si quando illae incidebant in ea tempora, quibus menstruam sanguinis profusionem natura moliretur. Nam hic duorum conatuum sibi contrariorum quasi conflictus misere puellam angebat et excruciabat. Quod ipsi accidit paucis ante diebus, quam ignem subjecisset.

Judicibus causam facinoris ex ea exquirentibus, interna quadam voce, respondit, et acclamatione, quae parum abesset a vi et coactu, noctesque diesque se premeret et urgeret, id sibi nimirum quasi imperatum fuisse, ut incendium faceret, sibique vitam eriperet. Non dubito fore aliquos, qui ream hanc arguendam potius ac puniendam, quam defendendam et liberandam existiment. Et sunt profecto inferendi ac probandi criminis multae et graves rationes: sed ut hanc quaestionem quam diligentissime et sine errore dijudicare possimus, omnia potiora utrinque argumenta conferamus. Etenim haec defendendi ratio, quae a perturbato mentis statu arcessitur, neque ita diducenda ac reseranda est, ut pateat sceleratis, neque ita constringenda, ut aequitas eam insontibus non possit aperire. Attamen ubi anceps libra est, in alteram lancem quasi imponendum est aliquid clementiae, ut, in causa dubia, ad sententiam leniorem judicium inclinetur. Igitur

I. Morbus comitialis, cui aegra obnoxia erat, amentiae neque apertae, neque occultae necessariam

consecutionem afferebat. Etenim qui hoc morbo sunt affecti, tantummodo in accessionibus conscientia et mente carent; quibus remittentibus per se ipsos expergiscuntur et ad se redeunt. Atque extra hoc tempus nihil inepte aut violenter faciunt; tametsi nonnulli cum hoc morbo stupidi esse, alii etiam versuti atque astuti deprehendantur. Caeterum rea haec, cujus nunc causam disceptamus, paucis ante factum incendium diebus gravi παροξισμῳ jam erat defuncta; adeo ut nihil excusationis afferant angores, qui impendente et irruente epilepsia mentem videantur conturbare potuisse.

II. Nemini antehac unquam visa est desipuisse; quod comprobatum est tum heri testimonio, apud quem ancillae rusticae ministerium faciebat, tum ipsorum parentum confessione; qui, si vel qualemcunque animi infirmitatem insaniae praenuntiam de filia potuissent afferre, ei profecto in tam difficili causa non defuissent. Neque deinceps aut in judicio, aut in carcere aliena loquebatur; apte et oratione continua respondens ad interrogationes, et nihil omnino stulte agens.

III. Et minime omnium desipuit illis duobus temporibus, quibus incendium vel meditabatur, vel patrabat. Neque voluntatem aut ira, aut alia vehemens perturbatio ad hujus facinoris insaniam praecipitavit. Imo vero etiam aliquot diebus, faceretne an non faceret, vel sua confessione, dubitavit. Ergo nihil impotenti animo, nihil non consideratum ac deliberatum videtur egisse.

Sed quanquam haec gravia esse non diffiteor: tamen ad probandam amentiam dissolvendumque crimen hoc satis argumenti est, quod a reae animo et facto omnis aberat obtinendae ultionis et nocendi cu-

piditas. Qua suspicione amota, quamobrem hero suo, quocum vix unquam notabile jurgium habuisset, tantam calamitatem afferret, nulla idonea causa potest inveniri. Namque facinus horridum et periculosum audacter aggredi, et, licet refragante ac reluctante voluntate, pervicaciter peragere et absolvere, sine ullo proposito commodo ac fine: id non malitiosi ac vafri hominis est, sed nimirum amentis: cujus, quicquid factum est, culpa caret, quia actio expers finis, qui agendo petatur, voluntariis non potest adnumerari. At vero cum tamen res aliquid ambiguitatis haberet, Ordo Medicorum, ad quem haec causa deferretur, non affirmavit simpliciter, ream insanae mentis fuisse, sed non fuisse, probari posse negavit. Cujus judicii rationes hic adscribere magis lubet, quam illa momenta, quae ad dubitandum ego attuli supra, alio quocunque modo diluere et confutare.

Dennoch aber da die Epilepsie, selbst dann, wenn sie nur symptomatisch und nicht in einem Fehler des Gehirns gegründet ist, auf den Kopf allerdings sehr stark wirken kann; so daſs in Epileptikern, ob man auch keines der gewöhnlichen Zeichen der Verrückung an ihnen wahrnimmt, wenn ihr Gemüthszustand im mindesten zweifelhaft erscheinet, nach den Grundsätzen der gerichtlichen Medicin, eine Zerrüttung der innern Sinne allzeit vorausgesetzt werden muſs; nun aber die gerade am 24sten May vor dem Eintritt des monatlichen Blutflusses entstandenen Beängstigungen, mit dem am 31sten erfolgten heftigen Anfalle der Epilepsie in einem begreiflichen Zusammenhange stehen, und auf die gründliche Vermuthung hinweisen, daſs die Inquisitin, während diesem ganzen Zeitraume, in ihrem Gehirn so sehr geschwächt, als beunruhigt und mithin

unvermögend gewesen sey, der sich ihr aufdringenden und stets wiederkommenden Idee, dafs sie Feuer anlegen solle, andere Ideen aus der Quelle der Urtheilskraft und Klugheit entgegenzustellen; und also dieses Feueranlegen, durch eine sonderbare, aber nicht ungewöhnliche, und mehrmalen Uns vorgekommene Verwirrung der Begriffe und Gefühle, wie ein Mittel, sich von der sie drückenden Angst zu befreyen, welches sie auch bey dem versuchten Selbstmorde beabsichtigt zu haben scheint, angesehen worden seyn mag; sie denn auch bei der Handlung sowohl, als bei dem Erfolg derselben, ruhig gewesen (Art. —), ja sogar mit einer Art von angenehmer Erwartung gehorcht, ob das Feuer auch aufgehe (Art. --): mehr als alles aber in diesem Mädchen weder überhaupt die Gemüthsbeschaffenheit, noch auch die Heftigkeit der Affecten, woraus man sich ein solches Verbrechen erklären könnte, ja nicht einmal in ihren Verhältnissen und in den vorhergegangenen Umständen zu Bosheit und Heftigkeit die allermindeste Veranlassung zu entdecken ist, und also ihrer Versicherung, dafs sie durch diese Handlung nicht schaden wollen (Art. — —), sondern nur ihre Angst zu stillen (ad Art. —) sich eingebildet, sehr wohl Glauben beygemessen werden kann; So urtheilen Wir:

es stehe, nach den in den Acten vorkommenden Umständen, nicht mit Wahrscheinlichkeit, vielweniger mit Gewifsheit zu behaupten, dafs die Inquisitin, ihrer körperlichen Beschaffenheit nach, zu den Zeiten, als sie Feuer angelegt, den freien Gebrauch ihres Verstandes gehabt habe.

3.

DE AMENTIA DUBIA.

1797.

Foemina octo et triginta annorum in matrimonio habebat cauponem rusticum, hominem asperum, durum, immitem, a quo, inprimis quando naturalis ejus furor spiritu vini vehementius exarsisset, verberibus omnique genere injuriae ac violentiae crebro afficiebatur. Atque saepenumero, acceptis verberibus, attonita concidebat mentisque aliquamdiu post ita non erat compos, ut in cura rei domesticae multa tunc inepte, nonnulla etiam stulte faceret. Quod animadversum est a nonnullis, qui saepius eam et propius videbant; etiam dominum pagi de ea re certiorem facientes, ne foemina aliquando omnia extrema experiretur. Et ipsa quoque mentis vel perturbationem vel imbecillitatem in se persentiebat. Nam aliquoties apud matrem conquesta et lamentata est miseram vitae suae conditionem, eique plane affirmavit, se de animi sui statu ita anxiam atque sollicitam esse, ut non dubitaret, quin aliquam in capite laesionem, mariti crudelitate, jamdudum accepisset.

Hunc illa suum non maritum, sed tortorem, cum dormiens in scamno decumberet, ferramento bifurcato, quale ad incidendos et detruncandos frutices agricolae solent adhibere, graviter percutit in capite; unde vulnus ille accepit, quo intra viginti quatuor horas periret. In eodem conclavi stramentis incubabat servus vecturae. Hunc, ex lassitudine arctius

dormientem, suscitat, deinceps ancillulas quoque; tum singulis rem omnem narrat, non anxia sed laeta, et plane jocosis verbis. Sed tamen hactenus cura et sollicitudine non carere videbatur, quod facinus non solum silentio tegi, sed etiam commento dissimulari cupiebat ab his, quorum se taciturnitati in hac re concredidisset. Itaque vulneratum, jam semianimem, deportari vult in horreum, ut ibi de tabulato cecidisse perhiberetur. Cujus mendaciunculi adornandi causa, media nocte in vicinum oppidum commeat ad fratrem, et hoc ei scilicet infortunium mariti nuntiat. Apud judicium comparens hoc primum effugium quaesivit: ipsam negationem infitiationemque facti, et crimen a se ita studuit avertere, ut illud in hominem quendam nuper de ergastulo dimissum derivaret. Secundum interrogata, de facinore libenter et aperte confessa est, at de aliis rebus nihil ad causam momenti habentibus, negavit. Nunc judices, inprimis rogante et urgente defensore, ad amentiam in hac rea sibi respiciendum esse intelligebant. Sed noluit nimirum desipiens videri: igitur non reae excusatio defuit, sed rea excusationi; quae ad se purgandam nihil omnino et ne hoc quidem afferret, quod sane verissimum erat: desperationem. Et minime omnium crudelitatem mariti fletu et ejulatu exaggeravit, aut judicum clementiam et misericordiam expoposcit: nec se facti poenitere ullo modo significavit.

Contigit foeminae defensor acerrimus, qui amentiae probandae omnia, quaecunque posset, argumenta studiose conquireret, testiumque juratorum fide ac religione corroborare studeret. Sed nihilo magis anceps causa fuit. Etenim

I. Rea medicis publicis, diligenter eam explorantibus, perfectam sanitatem probavit; adeo ut ne-

que in pulsu, neque in viscerum actione quicquam desideraretur.

II. Res omnes et homines agnoscebat; nec sui status conscientia ullo modo carebat.

III. Integra ei memoria erat perspicuaque ac promta rerum praeteritarum recordatio; et hactenus idearum congruentia successioque. Cui signo quoniam multum vulgo tribui solet: medici publici, qui eam tum respondentem et loquentem in judicio audivissent, tum in carcere cum ea consulto essent sermocinati, illam excusationem propositam ab actore causae et defensore suo testimonio plane destituerunt.

IV. Etiam hoc adversus ream allatum est, quod negotiis rei domesticae praefuisset. Deinde facti ejusmodi erat excogitatio inventioque, ut aegre tibi persuaderes ream judicio caruisse.

V. Imo vero calliditatem demonstravit, inprimis facti infitiatione, et suspicione in alium insontem delata. Quid quod alter ex medicis publicis, nam duo adhibiti fuerunt, non dubitavit, quin amentiae simulatione poenam effugere conaretur judiciorum.

VI. Denique si haec amentia erat: erat sane malitiae finitima et vicina. Nam vana excusatio est et minime accipienda cum in caeteris criminibus, tum in homicidio, si dicas, abfuisse a facto studium maleficiendi: nempe dubium est, an ulla unquam inveniatur a commodi studio prorsus sejuncta et diversa nocendi cupiditas. Igitur si hunc finem perspicua cogitatione comprehensum habuit, ut mariti nece remedium sibi compararet miseriarum: legem commodi causa violavit. Atqui omnis actio, quae, posthabita legis et officii religione, studio suscipitur utilitatis, et mala est, et voluntaria: actio vero mala et voluntaria, recte dicitur malitiosa.

Quae cum ita se haberent; anceps causa erat, atque non certa, sed tantum probabili ratione demonstratum est ab Ordine Medicorum, ream sanae mentis non fuisse. Cujus judicii quam gravia argumenta fuerint, nunc ipsi, Lectores, judicatote.

Dennoch aber, da, 1) wenn auch die körperliche Gesundheit der Inquisitin, durch die Untersuchung der ihr zugegebenen gerichtlichen Aerzte, ausser Zweifel gestellt wäre, daraus, an und für sich allein und ohne Beytritt anderer Beweisgründe, gegen sonst sich offenbarende Kennzeichen der Verstandesverwirrung, um so weniger etwas gefolgert werden könnte, je öfter man sogar bey höhern Graden des Wahnsinns keine Spur eines körperlich kranken Zustandes wahrzunehmen pflegt; 2) Zerrüttung der äufsern Sinne, so wie auch 3) des Gedächtnisses und der in dem Gedächtnifs beruhenden Ideenfolge und Erinnerungskraft, bei weitem nicht als ein wesentliches Symptom der Verrückung angesehen werden kann, und mithin zusammenhängende Reden und passende Antworten, weil sie meist ganz vom Gedächtnisse, Ideenverbindung und Erinnerung abhangen, keinen zuverlässigen Beweis eines vollkommenen Vernunftgebrauches darbieten; 4) anlangend die Ueberlegungs- und Urtheilskraft der Inquisitin, dem durch kein Zeugnifs begründeten Anführen des Stadtphysikus, dafs sie ihrem Hauswesen gehörig vorgestanden, durch das bei der Bewirthung der Fuhrleute an ihr aufgefallene verkehrte Benehmen (Bl. — —), widersprochen wird, in der That selbst aber nicht mehr Plan und Ueberlegung, so wie 5) in dem zur Bedeckung und Abläugnung derselben, theils gleich nachher beabsichtigten Veranstaltungen, theils bey den

ersten Verhören ausgesagten Erdichtungen, nicht mehr List zu entdecken ist, als man oft in ähnlichen Handlungen vollendeter Wahnsinnigen wahrnimmt, wenn sie, getrieben durch die Gewalt der in ihnen festgewordenen Ideen, im Stillen und sich dessen kaum selbst bewufst, auf ein gewaltthätiges Unternehmen ausgehen und, nach dessen Vollbringung, erschüttert durch den schreckhaften Erfolg, zur Besinnung geweckt und, vermöge des nun eintretenden Affectes der Selbstrettung, auf die künstlichsten Erdichtungen gebracht werden; wobey noch besonders bemerkt zu werden verdient, dafs die Inquisitin, die, in der Aufführung ihres Mannes und in dem vormals von ihr selbst gefühlten und geklagten Zustande ihres Kopfes (Bl. —), sich darbietenden, ja sogar vor Gericht dargebotenen Vertheidigungsgründe (Art. — — — —) nirgends, nur mit gewöhnlicher Klugheit, erhoben, sondern gedankenlos abgelehnt und vernachlässigt; nicht weniger auch in der bey dem Verbande ihres Ehemannes bewiesenen Gleichgültigkeit, in Rücksicht auf den Zweck, sich als Thäterin nicht zu verrathen, ganz das Gegentheil von List gezeigt; im übrigen aber das, was den Gedanken der mindesten Verstandesverwirrung in der Inquisitin allerdings ganz aufheben würde, nämlich die ihr von dem Stadtphysikus (Bl. — — — — — — — — —) beygemessene Vorspiegelung des Wahnsinnes, durch gar nichts bewährt, hingegen durch das ganze Verhalten der Inquisitin, indem sie die Voraussetzung eines solchen Gemüthszustandes, nach Ausweisung der nur angezogenen Antworten, vielmehr abgelehnt, keine der darauf hinweisenden Fragen ihrer Richter, wie es doch der Plan einer solchen Verstellung erfordert hätte, bejahet und selbst zu dem Stadtphysikus

mit einer Art von Unwillen gesprochen: Er will mich närrisch machen (Bl. —): ganz einleuchtend widerlegt wird; 6) *aber und mehr als alles, neben vielen, geringfügigen und auf einen verwirrten Gemüthszustand der Inquisitin, an sich selbst, nicht hinweisenden Angaben des Vertheidigers (Bl. — — — — — —), folgende in den Acten bewährte Umstände von grosser Erheblichkeit sind, als: dafs die Inquisitin unterschiedenen Personen, welche näher mit ihr bekannt gewesen und namentlich ihrer eilfjährigen Dienstmagd, zumal wenn sie von ihrem Manne heftige Schläge bekommen (Bl. —), und auch sonst immer (Bl. —) übernatürlich scheu, tiefsinnig und nicht richtig im Kopfe vorgekommen; dafs unter andern ihrer Nachbarin ihr Zustand sehr bedenklich geschienen, welche sogar befürchtet, und dieses Befürchtnifs dem Gerichtsherren eröffnet (Bl. —), die Inquisitin könne sich ein Leid anthun; dafs sie selbst, die Inquisitin, mehrmalen und zu solchen Zeiten, wo sie den Zweck der Verstellung nicht haben konnte, sich, wegen der Folgen des ihr von ihrem Ehemanne widerfahrenen unmenschlichen Betragens, in Ansehung ihres Kopfes besorgt gezeigt, und (Bl. —) gegen ihre Mutter geklagt: er habe sie schon im Kopfe zu Schanden geschmissen, sie habe in ihrem Kopfe schon Schaden gelitten, sie sey nicht mehr bey ihrem Verstande, und wüfste zu manchen Zeiten gar nicht, was sie thue; dafs der Wundarzt (Bl. —) die ihm in dieser Beziehung vorgelegten Defensionalfragen, meist alle, mit mehr oder weniger Bestimmtheit, bejahet und, im Ganzen, den verwirrten Gemüthszustand der Inquisitin bestätigt; dafs die Gewaltthätigkeiten, welche der Ermordete an der Inquisitin mit den allergröbsten und schwersten Werkzeugen ausgeübt, meist*

immer den Kopf betroffen (Bl. — — —), und gewöhnlich sogleich auf der Stelle Betäubung und Sinnlosigkeit verursacht, nachher aber Schwäche und Verwirrung des Kopfes (Bl. —) in ihr zurückgelassen: und also nach diesem Allen gar wohl gedenklich ist, wie in dem Kopfe der Inquisitin, durch die von ihrem Ehemann erlittenen Mifshandlungen, zumal vermöge der damit zusammenhängenden Gemüthsbewegungen der Furcht, Angst, Schwermuth und Verzweiflung, innerliche Erschütterungen und Zerrüttungen entstehen konnten, welche, indem sie noch immer einen für die einfachen Verhältnisse einer solchen Frau genüglichen Verstandesgebrauch gestatteten, in dem Innern des Denk- und Willensvermögens geheime Unordnungen verursachten und endlich, unter dem verborgenen Einflusse des in ihrem Gemüthe stets fortwährenden und täglich höher steigenden Drängnisses, in die stille Wuth ausbrachen, mit welcher sie den tödtlichen Streich an ihrem Ehemanne beschlofs und vollführte;

So urtheilen Wir: Aus den in den Untersuchungsacten enthaltenen und von dem Vertheidiger angeführten Umständen, ingleichen aus den Aussagen der abgehörten Zeugen, mit Zusammenhaltung der von den verpflichteten Aerzten ertheilten Gutachten, könne zwar nicht mit vollkommener, aber annoch mit einiger Gewifsheit geschlossen werden, dafs obgedachte Inquisitin zu der Zeit, als sie den eingestandenen Mord begangen, des Gebrauches ihres Verstandes nicht mächtig gewesen.

4.

MELANCHOLIAE CURATIO NUNQUAM TUTA.

1798.

Cum omnino de morbis animi admodum incerta praesagia sunt; tum inprimis melancholiae curatio, etiamsi vis morbi jam dudum conquieverit, et per aliquot annos nulla inciderit perturbatio manifesta, vix unquam sponderi atque asseri a medico potest sic, ut nullus recidivae insaniae metus relinquatur. Atque haec praenoscendi difficultas hoc maximum incommodum habet, quod ejusmodi ille morbus est, per quem non aeger modo, sed omnino res publica in summum discrimen adducatur. Igitur qui semel per melancholiam in furorem incidit, ejusque sive aperto, sive occulto impetu facinus violentum commisit, eum, quamvis insontem et miserandum, oportet diligenter custodire, multo magis ab omni rerum graviorum procuratione amovere, ne, si quando occultus morbi stimulus subito exardescat, eorum, qui publicae saluti maximis officiis adstricti sunt, providentia et vigilantia desideretur. Est tamen haec cautio provisioque non indiscriminatim apud omnes melancholicos necessaria. Nam si animi perturbatio oritur a causa manifesta quacunque, v. g. a cohibita haemorrhoidum vel menstruorum profusione, a repressa febre, a vagante per corpus mala materia: post superatam atque extinctam vim et efficientiam causae omnis morbi suspicio jam videtur deleta esse. Tanto magis illa cavendi diligentia opus esse arbi-

tramur apud melancholicos eos, quorum furor, occultis igniculis incensus, nullo neque sanguinis, neque nervorum aestu praesignificabatur. Cujus rei illustre ante aliquot annos exemplum extitit in foemina illa, quae sapientissimo Britanniae regi mortem parabat, tametsi per decem annos insaniae, in quam olim inciderat, vix umbram prodidisset.

Purgator caminorum, vir probus atque honestus, nemini molestus, mitis et humanus, et ob has virtutes propinquis suis bonisque omnibus carus, domum, cujus fere muris omnes ejus fortunae terminabantur, incendio fatali amisit, tum in lite, quam in judicio agebat, sententia cecidit. Hinc aere alieno ita oneratus et oppressus fuit, ut animus ejus vehementer submissus deprehenderetur, tanquam qui gravem aerumnam intra suum pectus concoqueret atque reconderet. Atque moerori usque adeo succubuit, ut ne spem quidem melioris vitae et aeternae salutis ullam ad se crederet pertinere. Hunc, etsi non multo ante levamen anxietatis habuerat tum a medicamentis purgantibus, tum a venae sectione, repente invasit intolerabilis animi afflictio oppressioque, per quam mens ejus et ratio de loco et statu dimovebatur sic, ut filiolum suum, puerum quatuor annorum, quem consulto ad se allexisset, malleo acuminato necaret. Vocatus in judicium se hujus facti poenitere nullo modo significavit, quippe qui jam diu in vitae taedia se adductum esse profiteretur. Nec quippiam alieni loquutus est, apte et congrue ad quaestiones omnes respondens. Atque etiam posthac in omnibus vel sermonibus, vel actionibus insaniae notis ita caruit, ut, cum in principio detinendus esse putaretur, nunc nihil ab eo medici publici metuendum esse asseverarent. Attamen securitati publicae provisum est per

custodem juratum, qui hominem perpetuo, inprimis quando in urbe mercenariam operam faceret, comitaretur. At ex hac provisione nova illi oborta est materia sollicitudinis et curae, propterea quod hunc suum custodem propriis impensis alere cogebatur; quae res tantam ei molestiam peperit, ut tribus annis post petitionem hujus a se disjungendi custodis causa ad principem deferret. Igitur ad Ordinem Nostrum haec delata quaestio est:

Ob, nach den aus den Acten sich ergebenden Umständen, mit Gewifsheit abzunehmen, dafs N. N. Robert in einem solchen Gemüthszustande sich befinde, dafs durch Gestattung seines Gesuchs um Abnahme des ihm zugeordnet gewesenen Wächters, weder für ihn, noch für sonst Jemand Schade zu befürchten sey?

Nunc, quoniam non probabilis quaedam, sed omnino certa praedictio a Nobis exquirebatur, quanquam optimi hominis petitioni quodammodo favebamus, eam tamen nostro judicio non potuimus adjuvare. Nam id ferendum et declarandum erat sic, ut una et securitati publicae consuleretur, et Nostrae prospiceretur dignitati.

Obwohl Robert, nach dem Zeugnisse des Wächters (Bl. —) und anderer Personen, welche sein Betragen in diesem Zeitraume zu beobachten Gelegenheit hatten, weder in seinen Reden, noch in seinen Handlungen, seit dem unglücklichen Vorgange das geringste Merkmal von Verstandesverrückung, viel weniger von Melancholie oder Raserey an sich wahrnehmen lassen; im Gegentheil seiner Profession und Wirthschaft gehörig vorstehen können; und, bey

vielen in seinem Ehe- und Hausstande zu einem Rückfalle vorhandenen Veranlassungen, nie aus den Schranken eines gemäſsigten Verdrusses und Kummers herausgetreten; ja sogar, da im J. 17 — — der Tod seines einzigen noch übrigen Kindes, sehr leicht sein Gemüth in die vorige Zerrüttung stürzen konnte, dennoch sich in vernünftiger Gelassenheit und christlicher Ergebung behauptet (Bl. —); überdem auch jederzeit den Wunsch, vollkommen wieder hergestellt zu werden und den Entschluſs, selbst dazu beyzutragen, auf alle Weise gezeigt und befördert hat; welches in Gemüthskrankheiten für das vornehmste Kennzeichen der Genesung angesehen wird; mehr als alles aber, zwey in den Acten vorhandene medicinische Urtheile darin übereinkommen, daſs ein Rückfall bey Roberten nicht zu befürchten stehe (Bl. — —); und endlich auch nicht geläugnet werden kann, daſs der von Roberten unter so vielen Nahrungssorgen zu unterhaltende Wächter, unter allen Ursachen, durch deren Wirksamkeit früher oder später ein Rückfall entstehen könnte, selbst die nächste und natürlichste ist; und also, allen diesen Umständen und Gründen nach, die Uns vorgelegte Frage, mit der gröſsten medicinischen Wahrscheinlichkeit, bejahet werden kann,

Dennoch aber, da die Frage nicht auf das, was höchst wahrscheinlich und nur allein für Roberts persönliche Genesung zweckmäſsig, sondern auf das, was gewiſs und dabey in Rücksicht auf die Sicherheit Anderer rathsam ist, hinweiset; nun aber, zumal bey Gemüthskrankheiten, die zuverlässige Sicherheit vor Rückfällen um so weniger verbürgt werden kann, je weniger es in der medicinischen Erfahrung unerhört ist, daſs Personen, welche je einmal eine namhafte Anwandlung des Wahnsinnes gehabt hatten,

wohl zwanzig Jahre nach dem Ausbruche, indem sie längst aus der Aufſicht der Medicin und der Polizey entlassen waren, plötzlich wiederum von einem heftigen und wohl gar gewaltthätigen Paroxysmen ergriffen wurden; und Wir mithin zwar Roberts Befreyung von den ihn schwer drückenden Kosten des Wächters, als das zur Verhütung seiner ehemaligen Krankheit ausdrücklich erforderliche Mittel, nicht aber die Entfernung von der Aufſicht desselben, als eine für die Polizey ganz unbedenkliche Sache erklären konnten; So urtheilen Wir:

> *Nur mit gröſster Wahrscheinlichkeit, aber nicht mit Gewiſsheit sey, nach den aus den Acten sich ergebenden Umständen abzunehmen, daſs Joseph Hermann Robert anjetzt in einem solchen Gemüthszustande sey, daſs durch Gestattung seines Gesuchs um Abnahme des ihm zugeordnet gewesenen Wächters, weder für ihn, noch für sonst Jemanden Schade zu befürchten sey.*

5.

DE INANIBUS AMENTIAE PROBANDAE ARGUMENTIS.

Ad Defensores.

1798.

Quam legum aequitas, non audacibus et sceleratis, sed miseris et insontibus reis, aperuit amentiae excusationem, ea saepenumero a defensoribus nimium sollertibus et ingeniosis ad criminum atrocissimorum impunitatem traducitur, per quandam calumniam non juris, sed philosophiae. Nam, ut culpam a suis clientibus et poenam depellant, si morbus non in promtu est, ad naturales habilitates, inclinationes et propensiones confugiunt; quas vel a sanguinis temperamento, vel a nervorum tenore, vel ab aliis abditis causis ita deducunt, ut nihil non impotenti animo reus egisse videatur. Et cum ita culpam in corpus omnem derivant, absolutionis argumentum necessarium se putant attulisse.

Nulla certe pravitas est animi humani, cujus, si non justam atque legitimam, tamen probabilem causam e corporis pravitate aliquam non tandem eruere queas; praesertim si physiologorum atque medicorum decreta subtilitate acueris philosophiae. Ne malevolentiam quidem excipio; in qua tam vehementer disceditur a sana mente et ratione, ut pro maximis ejus iniquitatibus, vel apud me, promta et parata sit amentiae venia, non modo ad ignoscendum, sed etiam

ad miserandum. Atque potest illa cogitatio hanc in animis nostris vim habere, ut multorum hominum, quibuscum vivamus, stultitiam et insaniam, licet non legitimam, id est non per leges definitam, tanto moderatius ac lenius ferendam arbitremur. Nam etsi nihil ad dolorem acerbius est, quam injurias et contumelias accipere non temere aut per indignationem, sed consulto et malefaciendi libidine illatas; quales esse solent eorum, qui in odiis, dissensionibus, altercationibus et rixis voluptatem quaerunt sine alio suo emolumento: tamen illud ipsum quod hinc acerbitatis et molestiae percipias, opprimitur cito atque deletur, si intelligas, eos, qui infenso ita in te atque hostili animo sint, fortasse corporis vitio desipere atque peccare.

Sed hoc ignoscendi argumentum, quanquam ex interiore naturae humanae cognitione, et omnino ex media philosophia petitum, in causis judicialibus, quae ad inquirenda et disceptanda crimina constituuntur, nequaquam suppeditare potest amentiae excusationem talem, qualem jureconsulti exquirunt et probant. Hi enim, praetermissis omnibus controversiis metaphysicorum, hoc sumunt ut certum et ratum, mentem humanam arbitrio et facultate ad actiones voluntarias praeditam esse, et in arctissima societate et conjunctione corporis, hujus tamen imperio minime subjectam teneri. Proinde nullam insaniam admittunt, nisi perspicua quadam aegrotatione et alienatione animi significatam: et quantum ad corpus, non illas ingeneratas et naturales infirmitates respiciunt, sed eas tantummodo, quae et vulgari, et medicorum loquendi usu, ad morbos referri solent. Ideo neque temperamenta, neque perturbationes animi (recens barbaries, passiones appellavit), morbis adnumerant;

licet in utrisque multum corporis malignitati attribuatur. Non autem satis est ad amentiam, adesse morbum; sed oportet talem ejus, medicorum sententia, vim et impetum in reo extitisse, ut, velut sublata mentis aequilibritate, ratio praeponderaretur. Et ne judices, ultra hunc medicinae et jurisscientiae modum, insaniae venam diducant, maximis legum et reipublicae rationibus impediuntur. Enimvero crimen a sontibus deprecari, id ipsum quoque criminosum est: et qui reos quoscunque omnes insanos efficere student, videant ne, cum ab aliis crimen avertere summa opera enituntur, in crimen ipsi et animadversionem incurrant. Et profecto totum hoc defendendi genus valde suspiciosum est et ad infringendam ac debilitandam legum auctoritatem inventum et comparatum. Tanto magis aegre fero, quod plerique omnes, qui illo hodie utuntur, hanc temeritatem et audaciam suam praeceptis et institutis philosophiae corroborare et quasi armare conantur.

Sed interdum ambigo, istorum inscitia magis reprehendenda sit, an incusanda fallacia. Namque illud etiam ipsum, quod disputant contra mentis libertatem, si ita verum esset, ut est apprime falsum, nihil ad culpae liberationem ponderis haberet. Etenim culpa (imputatio recentioribus dicitur), alia moralis est, alia civilis. Culpa moralis, quae sedem ac fundamentum habet in libertate agendi, ducitur a violatione legis ejus, quam, ut Ciceronis verbis dicam, non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa (vel potius ratione), hausimus, arripuimus, expressimus. At ejusmodi culpa haec est, cujus homines vix aestimatores se audeant profiteri, judices autem et punitores esse nullo modo possint. Itaque omne hoc judicium ad internam cujusque conscien-

tiam et vel maxime ad Deum refertur; et si qua hinc vindicatio statuta esse et animadversio putatur, cujus rei quandam ideam et formidinem omnium animis inhaerere videmus: tota illa pertinet ad ulciscendam religionem et majestatem virtutis, nec hominum arbitratu definitur, sed justitia nimirum divina. Culpae civilis autem (noxam quoque, a nocendo, dicunt), omnis ratio et mensura inest in legibus humanis; et, sicuti hae ipsae quoque, publicae rei periculis et incommodis terminatur. Itaque poenarum per legum sanctiones constitutarum hic unus et proprius finis praescriptus est: injuriam, violentiam, noxam propulsare, vel, ut idem aliis verbis dicam, et singulorum civium, et communem omnium universaeque societatis securitatem incolumitatemque tueri. Legis naturalis internam sanctitatem spectare, aut pravos malis afficere propter pravitatem: hoc nihil attinet ad judicia, nisi quatenus ex peccantis pravitate et malitia majus et praesentius periculum reipublicae oboriri putatur.

Jam qui, ut reos tutelae suae commissos tanto acrius atque pervicacius defendant, subtilibus illis et spinosis quaestionibus de libertate mentis humanae nos implicare volunt, illamque aut simpliciter tollunt, aut omnibus cerebri et nervorum fibris, tanquam vinculis, alligant: non assequuntur rationem ac modum culpae civilis: ergo etiam in poenarum vel irrogandarum, vel redimendarum causis vehementer errant. Enimvero poenarum severitas non adhibetur ad ultionem virtutis, sed ad publicam custodiendam salutem; in qua omnis inest gubernatio administratioque civitatis. Illam igitur qui turbant maleficio, utpote sontes et nocentes, etiamsi culpae moralis expertes perhibeantur, repellendi sunt, coercendi, opprimendi,

hoc est, puniendi; ne amplius nocere aut velint, aut possint. Ad hunc poenarum finem adjunxerunt reparationem damni et audaciae terrorem. Atque his tribus (nam corrigendi consilium providentiae magis et arbitrii est, quam sanctionis,) omnis haec legum sanctio concluditur et comprehenditur. Nunc eamus per singula, ut quae amentibus conveniat, vel non conveniat excusatio, perspicue intelligatur.

I. Et prima quidem puniendorum delictorum causa et necessitas, quae ducitur a violentiae propulsione, ita est rei publicae commodis et periculis d-stricta, ut ab illa, nisi violato officio et jure discedi non possit. Ergo omnis vana et inutilis deprecatio est, quam a culpae moralis obscuritate defensores arcessere plerumque solent. Etenim noxa civilis, quanquam expers malitiae, tamen propulsanda est et hactenus punienda. At, dicat aliquis, hoc modo ne insanis quidem et furiosis venia concedatur; quippe qui, si quidem facto violento nocuerunt, nocentes sunt ac propter noxam et culpam civilem puniendi. Sed hoc non tam difficulter, atque aliquis existimet, largimur. Namque detinentur illi miseri, custodiuntur, vinciuntur, imo vero etiam, si opus visum fuerit, castigantur. Ecquid hoc tandem aliud est, quam punire? nisi vocabulo leniore dicere velis coercere. Et sive haec poena sit, sive coercitio: est certe auxilium et praesidium publicae securitatis; quo si quis contra insanos neget utendum esse, ipse, si non insanire, tamen sine febre delirare videatur. Qua de re si hac parte poenae ne ii quidem liberari possunt, quorum minime dubia insania est; multo minus confitenti reo, cum nulla signa perturbatae mentis apparent, aut culpae moralis obscuritas, aut levis aegrotatio aliqua opitulabitur.

II. De noxae, per delictum illatae, reparatione, cui inprimis et proprie poenarum vim leges voluerunt adhiberi, sic statuendum est, illam, nisi actio laedentis non voluntaria fuerit, haud condonari. Igitur haec una judicibus excusatio accipitur et probatur, si ostendas reum impotenti animo peccasse; quod quale sit et quomodo conficiatur, paullo deinceps explicabo. Sed quoniam hic locus aliquid difficultatis habet a praeceptis juris naturae: quae hinc sunt repetenda, strictim volo enarrare.

Igitur noxa, cujus reparandae causa poena sumitur, omnis inest in laedentis non actione, sed voluntate; et quod actione ipsa illatum detrimentum est, v. g. rei familiaris, id vim habet ad obligationem, non item ad poenam. Ut si quis ignem alicujus domui subjecit, domumque instaurare et omnino damnum incendio factum restituere cogitur: id non est poenae, tametsi juris: propterea quod non ad laedendi voluntatem spectat, sed ad ipsam laesionem. Attamen si ad restituendum detrimentum reo facultas deficit, illa noxa et culpa, quae vere inest in mera voluntate, tanto majoris aestimatur, et sic poena traducitur ad ipsam actionem. Itaque noxae reparatio, quam nunc dicimus, non fit proprie compensando, resarciendo, reddendo; sed ad eam satis est, ut reus propter laedendi voluntatem laedatur vicissim per modum ultionis. Atque in hoc inest pars praecipua humani juris, quod cuique ad se vindicandum natura impertivit, et cujus, in societate civili, quasi vicarium munus ad judicia publica homines detulerunt.

Nunc quoniam omnis haec noxa voluntate nocentis aestimatur, hoc quidem proclive est, in factum non voluntarium, hactenus poenam cadere non posse, sed multum interest inter factum voluntarium, quale

judices intelligunt, et actionem liberam more definitam philosophorum. Illud sufficiens est ad culpam civilem, ergo quoque ad poenam: de culpa morali prorsus non quaeritur. Quae cum ita sint, omnem defendendi rationem sic institui oportet, ut probes, facinus a reo commissum voluntarium non fuisse, sed perturbato et impotenti animo susceptum; in quo cernitur excusatio amentiae. Nam insani hominis nullum factum voluntarium est, proinde nec laedendi voluntas: ergo, quandoquidem noxa, cujus per poenam expiatio magis, quam restitutio contenditur, ad laedendi voluntatem omnis revocatur: hujus voluntatis non particeps injuriam nec facere potest, nec reparare, ideoque poena illum exsolvi perspicuum est oportere.

At vero jureconsulti hoc, medicorum omnium concessu, sumunt ut certum et ratum, ejusmodi perturbationem et impotentiam animi, per quam voluntas de loco et statu dimoveatur, si quidem in ea re corporis vitio aliquid sit attribuendum, non oriri a naturali conjunctione mentis et corporis, sed ab hujus impulsu quodam violento et invicto, morbi, licet non semper nomen, tamen vim et efficientiam habente. Qua de re ad probandum amentiam, ut supra dictum est, nihil momenti habent neque animi perturbationes, neque temperamentorum proclivitates. In quibus rebus, quandoquidem ad naturalem hominis statum et conditionem pertinent, si necessaria materia et causa inesset desipiendi: omnes tandem homines amentiae veniam participarent, id est, omnes suapte natura forent amentes; quod citius philosopho alicui ex Diogenis, vel Russavii schola, quam aut jureconsulto, aut medico admittendum videatur. Igitur quantumvis copiose et facunde demonstraveris, v.

g. homicidam aliquem, ad detestabile scelus excandescentia et ira, ad hanc autem bilis sanguinisque aestu et omnino corporis facibus incensum atque inflammatum fuisse: nihilo magis illum legitimo supplicio liberaveris. Nec in eo quicquam abhorret ab humanitate et cultu philosophiae sanioris: quae plerumque defensorum vociferatio atque lamentatio esse solet. Etenim si nullum factum oporteret voluntarium censeri, de quo an non perfecte liberum sit, et nullo corporis vitio commissum, metaphysici queant dubitare: locus plane non poenis in civitate relinqueretur. Itaque laudanda est judicum constantia, qui istis argutiis non aut legum vocem interpellari, aut sua decreta retardari et impediri patiuntur.

III. Perinde, quatenus ad exemplum et terrorem poenarum necessitas refertur, unum verum defendendi argumentum residet in illa mentis impotentia ac voluntatis. Nam ne hic quidem culpam moralem judices, sed noxam et vel maxime laedendi voluntatem spectant, utpote publicae securitati periculosam, praesertim crescente in aliquo genere delictorum frequentia. Sic debet intelligi: cum reus, propter laedendi voluntatem, supplicio afficitur: alii, similium formidine malorum, a laedendi voluntate absterrentur. Sed ut hoc modo, per vim exempli atque terroris, publicae securitati consulatur, ejus, a quo poena exigitur et sumitur, malitia et voluntas laedendi comperta esse debet atque manifesta. Quae cum in amentibus nulla insit: propter exemplum in eos animadvertere non magis ab humanitate, quam a legum consilio et fine alienum foret.

Ex his planum et apertum est, amentes atque insanos non propter culpae moralis obscuritatem poena judiciorum liberari, sed quod in facto non voluntario

non inest noxa, quam aut ob legum sanctiones et communia civium jura ulciscendo oporteat reparare, aut, ad deterrendam peccandi audaciam, acerbitatis vel turpitudinis nota quadam insignire. Igitur quoniam sic instituta et comparata judicia sunt, ut nulla criminis excusatio admittatur, nisi ad noxae et poenae civilis ideam apta et conveniens: omnis jam defendendi via et ars in hoc versatur, ut, si modo non abhorret a veritate, reum demonstres noxa carere. Etenim quae ad deprecandam culpam moralem longinquius plerumque, vel ex philosophiae, vel ex physiologiae interioribus litteris, defensores arcessere consueverunt, ea aut omnino vana sunt, aut, si quid solidi roboris habent, miserationis, non absolutionis, argumentum afferre deprehenduntur.

6.

FACTA VIOLENTA EPILEPTICORUM, QUAMVIS MALEFACIENDI ET ULCISCENDI CONSILIO SUSCEPTA, AMENTIAE EXCUSATIONE NON CARERE.

1798.

Adeo detestabile apud homines et exsecratum est malitiae nomen, ut etiam illi ipsi, qui ea maxime sunt imbuti, conceptam sibi turpitudinem, factorum infitiatione et quibuscunque inventis excusandi argumentis, amovere atque propellere studeant, aut, quod faciunt fallaces, astuti, versutique, pravitatem animi, vultus serenitate humanitatisque ac probitatis specie, induant atque occultent; multo magis caeteri omnes illius apertos osores se atque inexorabiles judices profiteantur. Igitur si quis defensor reum in comperto maleficiendi et ulciscendi consilio deprehensum culpa et poena enititur liberare, ei periculum est, ne plus defuisse sui nominis honestati, quam profuisse clientis causae videatur. Atque haec inprimis ratio fuit, quod cum neque legum aequitas, neque judiciorum clementia ab excusatione amentiae abhorreret, hic in ea probanda et accipienda modus poneretur, ut, quae actiones violentae perspicuam insaniae significationem non haberent animoque deliberato et nocendi ac vindicandi studio commissae fuissent, pro his, vel hoc argumento, venia difficulter et ne difficulter quidem impetraretur. Verumtamen nescio, an in hoc minus,

quam in caeteris amentiae signis erretur. Nam de consilio et facti praemeditatione sic statuendum est, non solum occultae insaniae, sed etiam aperti furoris mirandam saepe in agendo prudentiam solertiamque inveniri; si quidem animus propositum finem aliquem contendat, ejusque cogitatione assidua quasi defixus teneatur. Igitur si modo per alias notas de amentia exploratum est, quantumvis consulto reus egerit, tamen illa excusatione nequaquam est privandus. Quod evidenter probant illae narrationes, quae in primis prolusionibus a me expositae fuerant. Etenim earum actionum, quae deliberato animo fiunt, haec persaepe in amentibus ratio esse solet, ut, cum et nocendi vim habeant, et ad eam rem, in qua nocendi vis inest, diligenter excogitatae et comparatae sint, tamen a nocendi voluntate nullo modo proficiscantur. Ut illa puella agrestis, cum ignem in heri domum inferebat, incendium studiose parabat et vero etiam avide appetebat: erat tamen a laedendi cupiditate remotior illa: quippe quae incendium facere, non hero calamitatem afferre voluisset.

At vero illa ipsa facinora quoque, in quibus perspicue se prodit laedendi et ulciscendi voluntas, etsi hactenus voluntaria sunt, ideoque nullam a perturbatae mentis statu excusationem videntur habere, non omnia promiscue ad eorum genus referri debent, quibus illa insaniae excusatio nullo pacto queat accommodari. Quod mihi nunc haud dubitanter affirmanti mente et cogitatione obversatur illa epilepticorum — dicamne insana malitia, an insania malitiosa, — quam si quis propterea, quod nec deliberatione, nec laedendi voluntate careat, culpa neget atque poena exsolvi debere, in summo errore et gravissima praeceptorum medicinae forensis ignoratione

versari mihi videatur. Sed nescio an non praeter epilepticos aliud hujusmodi exemplum inveniatur. Itaque in hoc uno me nunc contineo: ab hoc uno genere malitiae crimen et supplicium deprecor; idque facio medicorum atque philosophorum omnium consensu et auctoritate.

Malitia, vel malevolentia, est malefaciendi ac nocendi studium a suo sejunctum commodo et emolumento. Constat ea partibus duabus disparis generis: stupore et iracundia; quo ego posteriore vocabulo illam hic intelligo sentiendi acrimoniam (*Heftigkeit*); per quam ingenii et animi celeres motus fiunt et ad excogitandum et ad agendum. Atque sunt illa duo ita inter se conjuncta et copulata, ut, si alterutrum absit, vis omnis deleatur malitiae. Itaque semper ego malevolos una et stupidos cognovi, et iracundos: stupidos, ut omni liberaliori ac humaniori sensu, amicitiae, benevolentiae, etiam pulcritudinis, carerent; iracundos, ut ad suspicionem, ad invidiam, ad odia, ad insidias et simultates propensi et alacres deprehenderentur.

Nunc sumo hoc ut demonstratum a me et concessum ab aliis, omnem pravitatem animi, quae perspicuam et necessariam causam in morbo habeat, ad mentis aegrotationem et amentiam esse referendam; et proinde actiones hac non voluntaria pravitate susceptas justam et legitimam excusandi rationem invenire. Enimvero in epilepsia manifesta causa est et stuporis, et iracundiae, quorum duorum conjunctione vel maxime efficitur illa nocendi malitiosa libido: namque hujus morbi insania omnis et ferocitas stupore et iracundia absolvitur: quod aeque non necesse habeo nunc diductius explanare, ac primis elementis pathologiae lectores meos erudire. Atque utrumque

hoc animi vitium, utpote in conspicuo morbo situm, culpa caret; nec magis aut ob stuporem, aut ob iracundiam epilepticus vituperetur, quam alius quisque propter paralysin vel propter febrem. Qua de re non mirum epilepticos, praesertim cum durius habeantur, ad omne genus malitiae propensos et inclinatos esse, atrocissimaque facinora, incendia, parricidia, veneficia et callide praeparare et diligenter patrare. Nam stupor, quo maximo offunduntur a cerebri nervorumque perpetua commotione, animum hebetat ad illos mitiores sensus benevolentiae, concordiae, aequitatis, humanitatis et omnem in pectore officii atque virtutis cogitationem obruit et extinguit. Iracundia autem, nunc acrium humorum corporumque peregrinorum stimulis excitata, nunc invidiae et superbiae aliarumque perturbationum furiis agitata, ad inhumanitatem et crudelitatem inflammat, nocendi et ulciscendi consilia infundit, vocem ad jurgia et contumelias manusque et omnia agendi instrumenta ad vim et violentiam intendit armatque.

Sed quoniam hanc ego nuper velut ratam sententiam quandam stabilivi, nullum excusandi argumentum neque temperamenta, neque perturbationes habere, sed omnem hanc defendendi rationem a morbo eoque insigni et conspicuo repeti oportere, ne quis jam ab his me ipsum dissentire atque recedere existimet: non praetermittendum est, epilepticorum et stuporem, et iracundiam morbo fieri. Atque hoc modo utrumque illud involuntarium est. Sic intelligi volo: epilepticos non ideo ad sensum rationis et humanitatis hebescere, quod a cogitationibus ad eum instillandum et fovendum idoneis mentem aut nunc avertant, aut averterint alio tempore; sed hunc iis stuporem necessaria quadam morbi con-

secutione accidere. Perinde statuendum est de iracundia; ad quam non temperamenti fervore proclives illi sunt, sed per stimuli impetum et violentiam coacti. Atque haec coactio vel maxime augetur stupore. Nam nihil est ad sedandam ac temperandam iracundiam efficacius, quam sensus officii et humanitatis, quo, velut spiritu quodam, illa in animis nostris incendia difflantur et restinguuntur. Igitur qui hoc sensu non sua culpa, sed morbi vitio destituitur, si quando per excandescentiam ad factum violentum incitatur, licet nec deliberatio, nec malefaciendi voluntas absit, tamen, propter amentiae veniam, crimine ac poena omni pacto est eximendus.

Quae cum ita sint, etiam atque etiam cavendum est judicibus, ne, propter praemeditationem et nocendi ac vindicandi cupiditatem, reum amentiae venia privandum esse arbitrentur, aut, cum epilepsiae excusatio a defensore affertur, hoc aliquid momenti habere putent, quod eo tempore, quo facinus vel paratum, vel commissum fuerat, nulla epilepsiae ne dum insaniae suspicio apparuisset. Nam, ut demonstratum est alibi, occulta esse solet insania epilepticorum, neque eo ipso tempore, quo maxima ejus vis in animo et efficientia est, aut sermonum, aut actionum inconcinnitate significatur. Ergo nihil hic utilitatis habent tentamina per interrogationes et colloquia. Caeterum qui amens est, nullo tempore non mentis expers est habendus: ergo etiamsi epilepticus, qua die et hora v. g. incendium fecerat, nullam morbi caduci accessionem habuisset, imo vero ex longo tempore vacuus omni molestia et recte valens fuisset, tamen medicis non magis sanus videbitur. Apud quos tanta est suspicio epilepsiae, ut si quis vel se-

mel aliquando ea tentatus fuit, ab eo nullam vel cerebri, vel animi commotionem et infirmitatem alienam putent. Est enim naturalis quaedam necessitudo et affinitas epilepsiae cum insania, per causarum communionem firmata; atque cernere licet, epilepticos plerosque tandem aut, altius infixo morbi stimulo, eoque vehementius exardescente, in apertam melancholiam vel maniam incidere, aut, hebetata externorum internorumque sensuum acie, ad mentis inertiam atque fatuitatem devenire. Ne hanc pro epilepticis deprecationem aut narratione aliqua illustrem aut Ordinis Nostri decretis confirmem, impedit me argumentorum perspicuitas et evidentia; quam si etiam jureconsultis probari videro, maxime laetabor.

7.

DE PARTU UNDECIMESTRI OBSERVATIO.

1798.

Cum multis in locis medicorum dogmaticorum et in assentiendo levitatem, et in asseverando ac demonstrando arrogantiam fidentiamque soleo mirari; tum maxime in physiologiae decretis iis, quae a jureconsultis expetita et ad disceptandas ac dijudicandas causas judiciales translata fuerunt. Nam in his non modo quantum vanitatis, sed etiam quantum noxae habeat illa dogmaticorum ratio, proxime conspicitur. Atque docuit nos creber et prope quotidianus harum rerum usus, illis scilicet ratis sententiis et firmis opinionibus, e physiologorum schola in medicinam forensem invectis, multorum hominum famam, incolumitatem, salutem periclitari, et vitam ipsam in extremum discrimen nonnunquam adduci. Itaque etiam atque etiam hortamur medicos publicos, ut, sicubi quaeritur in causa judiciali de eo quod fieri potest et non potest, aut de eo quod necessarium est per leges naturae humanae, ab eorum sibi temeritate caveant et audacia, qui nihil in his rebus non certa ratione probatum et conclusum existimant. Igitur qui in illa a nobis instituta dubitandi et in omnem partem quaerendi disciplina, adversarios se nobis nuper objecerunt, nostrum consilium et institutum plane non perspexerunt. Sed cum his volumus alio tempore experiri summo jure: nunc eos, ut vel in medicina forensi non inducant physiologiam suam certis et indu-

bitatis principiis stabilitam, propter hominum jura exoramus. Enimvero in hominum juribus vel maxime hoc eminet, ut reus non probabilibus, sed certis rationibus coarguatur. Nunc quoniam criminis et culpae argumenta medicorum judicio vel maxime suppeditantur, hos circumspicere oportet diligentissime, ne aut inanes suspiciones afferant, aut veras et legitimas ultra veritatis modum extollant et augeant. Igitur ut verisimile sit, vulnus, quod in cadavere deprehendatur, insanabile futurum fuisse: tamen, si quidem certum non est, non debet affirmari. Sed in hoc ipso nimirum frequentissime peccatur, quod multa, quae plerumque evenire solent et quasi ad vulgarem naturae consuetudinem et usum propius accedunt, necessaria ac certa esse putantur.

Quae prudentia in judicando et moderatio quam sit necessaria ad illum forensem usum physiologiae, exemplo partus serotini ostendam; super cujus veritate magnae ac graves esse solent et medicorum, et jureconsultorum disputationes. Et maxima hujus loci ambiguitas et difficultas in eo versatur, quod, res ipsa fieri possit, an non possit, est dijudicandum.

Foemina non nupta viginti annorum, spe matrimonii decipitur et corrumpitur ab homine una et libidinosissimo et inconstantissimo atque levissimo, qui illam suo congressu pollutam et violatam turpiter dereliquit. Cum se gravidam sentiret, istius pravitatem et injuriam conquesta est sic, ut prolis alendae et educandae sumptus ab eo exposceret. Hic autem, quanquam cum ea extremo mense Decembri concubuisse non diffitebatur, tamen ex se gravidam esse mulierem, constanter negavit. Cujus infitiationis percommodum ei argumentum extitit partus mora insolita, quippe qui ultra initia undecimi mensis protrahere-

tur. Igitur graviditatis causam a se studuit amovere injecta suspicione coitus serioris, quem cum alio viro quocunque ista mulier habuisset. Cui suspicioni statim in principio, namque nondum erat lis ad probationem deducta, morbum illa opposuit medicique sententiam, qui hoc morbo parturiendi conatus et motus impeditos atque retardatos fuisse, testificaretur. Caeterum ejusmodi res et conditio erat, ut ad probandum crimen, quod sui purgandi et absolvendi causa reus in foeminam confinxerat, nullum notabile momentum posset inveniri.

Non dubito aliquos futuros fuisse, qui hunc partum undecimestrem, vix inspectum et exploratum abjecissent, tanquam spurium et fraudulenter suppositum. Nos vero illum ita amplexi sumus ac tuiti, ut, nisi probata fuerit suspicio coitus serioris, eum in se legitimum esse affirmaremus. Nam etsi non potest dubitari, quin cuique generi animalium certa quaedam lex definita et praescripta sit, ad gignendi maturitates temporaque pariendi: tamen in his nihil ita constans et perpetuum deprehenditur, ut fieri non possit naturae aberratio.

Deinde ne illud quidem magni momenti esse putamus, quod observationes de partu serotino pleraeque omnes suspicionem manifestae dicuntur habere falsitatis; utpote non ductae a foeminis nuptis, sed vel a viduis, vel ab aliis, quarum e re esset partus retardationem simulare. Nam foemina in legitimo matrimonio vivens, quamtumvis ei pariendi tempus protrahatur, id vix unquam diligenter notabit, nec minime omnium aut physiologis, aut jureconsultis indicabit.

Igitur cum ad Ordinem Nostrum haec quaestio deferretur:

Ob eine Möglichkeit vorhanden, daſs das von der Klägerin, besage des Taufzeignisses (fol. — *beygehender Acten) am — — gebohrne Kind in dem von dem Kläger mit der Klägerin einige Tage vor — — getriebenen Beyschlafe könne erzeuget worden seyn? und wenn solches möglich, ob aus den von einem verpflichteten Arzte* (fol. — —) *angeführten Gründen für der Klägerin Vorgeben einige Wahrscheinlichkeit entstehe?*

respondimus hoc modo:

Anlangend erstens überhaupt die Möglichkeit: Obwohl 1) *die Natur, in allen lebendig gebährenden Thieren, von der Empfängniſs bis zur Geburt einen gewissen Zeitraum bestimmt zu haben scheinet; den man besonders an einigen Zucht- und Hausthieren, welche, wie unter andern die Pferde in den Stutereyen, in der Begattung, von der Willkühr und ökonomischen Anordnung der Menschen abhangen, sehr genau berechnen kann;* 2) *daſs auch in der menschlichen Natur dergleichen Regel und Ordnung festgesetzt sey, um desto zuverlässiger anzunehmen seyn möchte, da der Anfang oder die Mitte des zehnten Sonnen-Monats schon von den ältesten Aerzten, als das Ziel der Schwangerschaft gerechnet worden ist;* 3) *die entgegengesetzten Fälle, welche man von verspätigten Geburten, in medicinischen, auch juristischen Schriften, hin und wieder angeführt findet, dadurch sehr viel von ihrer Glaubwürdigkeit verlieren, daſs sie meist immer entweder nur Witwen, welche ihre vorgeblichen* Posthumos *als legitim erweisen, oder unverehelichte Weibspersonen betrafen, welche ihre Alimentations- und Eheklagen begründen wollten.*

Dennoch aber da 1) auch in Thieren, und namentlich in solchen, bey denen man die Zeit der Begattung und der Empfängnifs, bis auf einige Tage ziemlich genau wissen kann, Beyspiele von sehr verspätigten Geburten nicht unerhört sind; wie denn in den Fragmenten zur Arzney-Natur-Kunde und Geschichte II. Frf. am Mayn 1781. *S.* 76. *eine unverdächtige Erzählung von einer Kuh zu lesen ist, welche nach dem Verlauf der ersten zwey Drittheile ihrer ungezweifelten Trächtigkeit, an Leibesstärke abnahm, und, sogar ohne krank zu seyn oder die Milch zu verlieren, erst nach einem Jahre ein todtes Kalb brachte;* 2) *die Verfassung der menschlichen Natur, in dieser Rücksicht, weder aus der Theorie, noch auch aus der für einen solchen Gegenstand viel zu mangelhaften und unsichern Erfahrung, in dem Grade bekannt ist, dafs man eine bis zur Mitte des eilften Sonnenmonats verspätigte Geburt für physiologisch unmöglich erklären könnte; indem sich vielmehr eine solche Verspätigung, in dem menschlichen Weibe, bey dem gröfsern Einflusse der Nerven und Gemüthsbeunruhigungen, weit leichter, als bey den Thieren begreifen läfst;* 3) *der mehr philosophische, als medicinische Einwand, dafs die Erzählungen von verspätigten Geburten meist immer nur Witwen und unverehelichte Weibspersonen betrafen, der sonst bewährten Glaubwürdigkeit dieser Erzählungen darum keinen Abbruch thun kann, weil, ohne gerichtliche Streitigkeiten, dergleichen über diesen Punct nur Witwen und unverehelichte Weibspersonen zu haben pflegen, für Frauen, die in einem ununterbrochenen Ehestande leben, kaum ein Anlafs und Bewegungsgrund Statt findet, den Zeitraum ihrer Schwangerschaft von der Empfängnifs bis auf die*

Entbindung ganz genau zu berechnen, oder die Verspätigung der Geburt, sofern sie derselben, bey dem zu Anfang meist immer fortgesetzten Beyschlafe, gewiſs seyn können, kund zu machen; nun aber auch von verheyratheten Frauen, ohne allen Zusammenhang mit Rechtsstreitigkeiten und ohne alle Beziehung auf besondere und durch dergleichen Erdichtungen beförderliche Zwecke, in den Schriften der Aerzte und Hebammenmeister, Beyspiele verspätigter Geburten hin und wieder aufgezeichnet sind; dergleichen in den Abhandlungen der medicinisch-chirurgischen Academie zu Wien, I. B. 1787. *S.* 102. *von einer zehnmonatlichen, und in Starkens Archiv für die Geburtshülfe, II. B. III. St. Jena* 1790. *von einer eilfmonatlichen Geburt, und in dem letztern Werke mit dem Zusatze des Verfassers und des Herausgebers, daſs, ihrer Bemerkung nach, die Schwangerschaft bey mehrern Frauen mehr als Monate über die angenommene Zeit gedauert, erzählt werden; und sonach, vor der Hand und bis eine zuverlässigere Theorie, oder vollständigere Erfahrung zu apodictisch gewissen Behauptungen, in diesem Theile der Physiologie, berechtigen wird, vernünftiger Weise, in der gerichtlichen Medicin der Grundsatz angenommen werden muſs, daſs eine, auch bis zur Mitte des eilften Monates, verspätigte Geburt, an sich selbst für möglich zu halten*

So urtheilen Wir:

Es sey eine Möglichkeit vorhanden, daſs das von der Klägerin besage des Taufzeugnisses (fol. — *beygehender Acten) am* — — — *gebohrne Kind in dem vom Beklagten mit der Klägeri vor* — — *im J.* — — *getriebenen Beyschlafe erzeugt worden sey.*

Anlangend anderns die Wahrscheinlichkeit in Ansehung der Klägerin. Obwohl die bey der Beantwortung des ersten Theils der Frage, in Ansehung der Möglichkeit verspätigter Geburten, angenommenen Grundsätze, in einzelnen vorkommenden Fällen allezeit dahin einzuschränken sind, dafs jeder Umstand, welcher einen spätern und mit der gewöhnlichen Geburtszeit übereinstimmenden Beyschlaf wahrscheinlich machet, die Glaubwürdigkeit der angeblich verspätigten Geburt sehr vermindert; nun aber in dem Einlassungssatze (Bl. —) und der auf dessen Replik gefolgten Duplik, (Bl. —) dem Anführen der Klägerin, dafs sie von der einige Tage vor — — mit dem Beklagten eingegangenen fleischlichen Vermischung schwanger worden, dieses wirklich entgegen gesetzt werden wollen; 2) man vielleicht, um die verspätigte Entbindung der Klägerin, als eine ungewöhnliche Naturerscheinung, für wahrscheinlich zu halten, aufserordentlichere und wirksamere Vorfälle, als die in dem medicinischen Attestat angeführten, erfordern möchte; endlich auch 3) diese Umstände, welche die Geburt so lange aufgehalten haben sollen, von dem Physicus nicht aus eigener Beobachtung, sondern nur nach der Privat-Anzeige des Vaters der Klägerin, und nach dem allgemeinen Gerüchte, angegeben werden:

Dennoch aber da 1) der Einwand einer späten Vermischung mit einer andern Mannsperson einestheils noch nicht zum Beweise gediehen ist, anderntheils, wenn er auch durch Geständnifs und Beweis völlig begründet wäre, ganz aufser der Uns vorgelegten Frage liegen würde; 2) ein drey Monate dauerndes Fieber schon für sich allein, wie viel mehr bey dem hinzugekommenen Gemüthskummer (Bl. --)

vermöge der durch beyde Ursachen begreiflichen Schwächung der Nerven- und Lebens-Kraft, jede Naturwirkung, mithin auch die Ausbildung und selbst die Fortbewegung der Leibesfrucht, in der Klägerin, zurücksetzen und aufhalten konnte; wie in dem aus den Jahrbüchern der Wiener Academie angeführten Beyspiele sehr deutlich zu ersehen; 3) *endlich, bey Unserm Urtheile, in der Maafse, in welcher dasselbe von Uns in der Frage begehret worden, die Wahrhaftigkeit der in dem gründlich verfafsten medicinischen Attestat angeführten Umstände, als wohl untersucht und zuverlässig voraus gesetzt werden darf;*

So urtheilen Wir:

Dafs, aus den von einem verpflichteten Arzte angeführten Gründen, für der Klägerin Vorgeben einige Wahrscheinlichkeit entstehe.

8.

DE VENIA AETATIS OBSERVATIO.

1800.

Miles, quanquam gregarius tantum, tamen militis nomine ac honore superbus, impiger homo ac strenuus, sed iracundus et vel ad umbram contumeliae exardescens, ab adjutore operario fabri lignarii, cui ebrietas multum audaciae ac licentiae dederat, in caupona compellatur injuriosius. Hunc ille sine ambage ac mora extrudit foras. Sed vespera ejusdem diei, cum forte in alia caupona convenissent, militem, cujus ira nondum deferbuerat, homo imprudentissimus iterum incessit verbis minantibus, imo pulsibus et ictubus. Qua ille ignominia commotus et inflammatus, exeuntem insequitur et, jugulo fortiter prehensum, semel atque iterum affligit in terram, capite hinc repercusso; deinde jacentem, qui se commovere non auderet, erigit atque dimittit. Iste infractis lumbis progrediens, quanquam non leniter castigatus, ne nunc quidem cessavit convicia et maledicta fundere. Unde brevi post denuo ventum est ad manus. Et haec tam saeva pugna fuit, quae tandem fabri lignarii pernicie desineret. Quem cum miles a tergo percussisset, pronus ille et adversa facie in viae stratum cecidit attonitus, rigidis procumbens et extensis membris, sui non conscius, anhelans, stertens ac plane moribundus. Semianimis deportatur in domum suam. Arcessitur chirurgus, qui statim venam secat capitique epithemata frigida imponit. Sed vulneratus non ad se rediit, et decem horis post exspiravit.

Gravem in capite plagam factam esse probabiliter significabat vomitus perpetuus sanguinisque per

nares profusio: sectio cadaveris autem posthac omnino declarabat. Namque cutis tum in facie, tum ad occiput, passim vulnerata erat; qua incisa, totum in dextro latere intervallum, quod est inter os occipitis et os temporum, sanguine multo redundans deprehendebatur. Sub hac sede in conspectum veniebat cranii, in occipite, fractura ingens, sex pollices longa, ossis temporum partem squamosam attingens: qua os occipitis penitus penetratum esset, fragmentis non parvis ad duram matrem demissis. Vasa, tum cerebri, tum cerebelli, sanguine turgebant; cujus permultum quoque et infra cranii convexitatem, et in ejus fundo stagnabat. Ac sive in pectus inciderat miser, sive adversarii pugno ibi contusus fuerat: pulmones et vitiato colore suspecti, et multo sanguine atro tumidi conspiciebantur; quo ne lienis quidem ac mesenterii vasa carerent.

Dissecatores postridie ejus diei, cum cadaver inspexerant, sententiam de hac re declarabant ad hunc modum, ut plagas illas mortemque ipsam a verberibus et percussionibus militis violentia illatis, repeterent, ideoque, hunc fabri lignarii interfectorem esse, haud obscure arguerent. Quae sententia si stetisset, in extremi supplicii periculum reus incidisset. Res tandem delata est ad Ordinem Nostrum, hac proposita quaestione:

Was, nach Inhalt des Visi reperti (Fol. —) auch anderer, nach Ausweis der Acten concurrirender Umstände, für die eigentliche Ursache des Todes anzunehmen?

Quae intelligi causa deberet, cum his verbis non satis esset definitum: decreto Nostro nonnulla praefati

sumus de differentia causae internae, atque externae; tum de utraque seorsim disquisivimus.

I. Causa interna luculenta erat: nam copia sanguinis in fundo cranii emissi satis ad mortem necessitatis habebat. Verumtamen aliquantum ambiguimus inter caput et pectus: quippe nonnulla inveniebantur, quae suffocationis quandam suspicionem afferrent.

1) Sanguis a moribundo exscreatus.
2) Cruoris in pectore copia ad sedecim uncias aestimata.
3) Pulmonum color vitiatus sphacelique principia non obscura.
4) Sanguis in corde atque pulmonibus quiescens.
5) Carnes circa pectus graviter sugillatae.

Sed quoniam,

1) quantum sanguinis ejectum fuisset, non constabat;
2) sanguis in pectore effusus extra pulmones vagabatur et hactenus ad suffocationem non satis potentiae habere putabatur;
3) pulmonum illa quaedam corruptio et
4) sanguinis, tum in his, tum in corde, commoratio probabilius ad mortis effecta referebatur;
5) sugillationibus per dorsum diffusis nulla neque fractura, neque alia pectoris conspicua laesio respondebat:

mortis causam internam ad cranii vulnus revocandam esse intelleximus.

Tanto magis laboravimus in causa externa. De qua medicus publicus quo modo scripserit ad judicem, dixi paulo ante. Sane permulta erant in actorum commentariis, quae huic sententiae fidem facere possent, ante actorum commentarios prolatae.

1) Cum maxima testium discrepantia esset: in hoc omnes consenserant, bis fabrum lignarium a milite in terram projectum fuisse; sic ut primo tempore occiput, secundo autem (cum adversa facie in stratum viae lapideum procideret), anterior pars capitis alliderelur. Neque ab hoc abhorrebat ipsius rei confessio. Ergo illud capitis vulnus, de quo supra dictum est, culpa militis extitisse videbatur.

2) In utroque illo ictu et lapsu probabilis causa inerat laesionum ac symptomatum omnium; adeo ut non solum vulnus et fracturam, sed etiam, in cerebro, vasa turgida et sanguinis profusionem, soporem, ipsam denique mortem hinc facile deduceres.

Sed hae rationes, etsi multum apud Nos momenti habebant, aliarum gravitate superabantur. Etenim

1) Testes, quantumvis integri et veraces, nullo pacto scire poterant, ad cranii fracturam, ille militis impetus, quo faber lignarius in terram prociderat, an fortuita contusio aliqua et prolapsio, valuisset. Namque in tali rixa, ubi pugnis contra pugnos decertatur furorque animum et corpus occupat, nihil frequentius est, quam pugnantem, nunc incurrendo, nunc offendendo ac labendo, etiam graviter nonnunquam, se ipsum vulnerare. Tanto id verisimilius videbatur, quia faber lignarius manifesto ebrius erat. Ebrietate autem caput aggravari, totumque corpus instabile atque ad casum pronius fieri, nemo ignorat.

2) Cranii fractura non immedicabilis erat ipsa in sese, sed propter sanguinis in fundo cerebri ef-

fluvium. Enimvero etiam in hoc temulentiae multum existimabamus tribui oportere; quippe quae sanguinis in capite motum tanto vehementius intendere potuisset vasorumque perrumpendorum et omnino apoplexiae causas accelerare.

His in utrumque partem ponderatis argumentis, et cum de hominis salute ac vita disceptaretur, causam mortis externam incertam esse respondimus; adeo ut, quid militis violentia commissum fuisset, plane non decerneremus.

12.

DE JUDICIIS MEDICORUM PUBLICORUM I.

1801.

Saepe miratus ego sum, quid esset quod, in aestimanda vulnerum gravitate et laedentium culpa, atque vero etiam in dignoscendis amentiae signis, tantum tribueretur pronuntiationibus medicorum publicorum (illos intelligo qui physici vulgo nominantur), ut judices, qui ex actorum commentariis de jure respondent, nisi aut defensoris provocatio flagitaret, aut consuetudinis necessitas juberet, collegii medici alicujus sententiam adhibere vix necessarium arbitrarentur. Enimvero ut physicus doctus sit et consideratus: tamen manifesto alienum est ab aequitate et justitia, culpae ac poenae modum unius hominis opinione et arbitratu definiri. Nam hoc ipsorum jureconsultorum concessu affirmo, omnem in illis rebus causae dijudicationem medicorum esse sententiae accommodandam. At, inquiunt, physicus artis peritus nimirum est, atque juratus. Sed vero peritia et jusjurandum testimoniis, non opinionibus, fidem facere possunt. Igitur quae vel in cadavere, vel in laedendi instrumento, vel denique in reo ejusque habitu ac sermonibus, vidit ac notavit physicus, ea quin vera sint non debet dubitari; quandoquidem et ad videndum, et ad testificandum idoneus ille ac probatus, verissimo jure suo, existimatur. Sententia autem, quam de causa mortis, aut de rei sanitate vel insania profert, propterea quod singuli hominis argumentatione et conjectura efficitur, suspicione ac periculo erroris nequit carere.

Proinde qui physicos, in quibus rebus testes extiterant, in iisdem etiam vult arbitros esse, eorumque decretis parem atque narrationibus assensionem deberi putat, fidem testis cum veritate judicii perperam commiscet. Nam testimonio credi potest etiam singuli hominis, si quidem peritia in eo est et probitas. Judicium autem, in causa graviori, non unius opinione, sed plurium deliberatione et consultatione firmatur. Nullius enim, quantumvis docti ac prudentis viri, tanta intelligentia est, quae in rebus obscuris et ambiguis aut falli non queat, aut non aliorum dubitationibus et argumentis in rectam viam perduci.

Atque propter hanc ingenii humani imbecillitatem condita sunt in civitatibus collegia publica, in quibus res graviores cujusque generis omnes disceptarentur et, quantum fieri posset, collatis deliberantium sententiis et consiliis, incommoda erroris ac detrimenta averterentur. In his non ultimum locum tenent collegia haec medica nostra; quorum apud rempublicam aut nulla dignitas, aut haec est, ut in causis omnibus, quarum quaedam cognatio atque conjunctio deprehenditur cum arte ac disciplina medendi, sine illorum decretis nihil ratum ac firmum habeatur.

Et profecto, si ad legitimam sententiae veritatem satis existimatur, gnarum esse et juratum: quid opus est collegiis jureconsultorum? Cur decreta non expetuntur a singulis interpretibus legum; quorum, pariter atque physicorum, probata est doctrina et religio? Cur ad damnandos vel absolvendos reos suffragia ineuntur? Res verbis non eget: nempe, ut diximus in principio, repugnat aequitati et justitiae, de reorum vita et salute ex unius opinione decerni. Deinde etiamsi causa nihil obscuritatis et ambiguita-

tis habet: haec nimirum reverentia quaedam juribus hominum debetur. Enimvero planum et apertum est, physicos, sicubi vel de causa mortis, vel de statu animi judicium declarent, simul etiam culpam ac poenam definire, quandocunque illorum pronuntiationibus decreta jureconsultorum accommodentur. Atque constanter nego, unius opinioni tantum tribui in bene constituta civitate debere.

Sed audivi nonnullos, qui dicerent: collegiorum medicorum decreta causis, quae apud judices agitentur, plus nonnunquam obscuritatis; quam luminis afferre, propterea quod toties ambigue ac dubie respondeatur. Quae reprehensio duplici laborat vitio inanitatis. Primum enim, si res obscura et involuta deprehenditur, aut probabilis in utramque partem: non magis ineptum est fidenter decernere, quam quod ita decretum non sit, queri et vituperare. Deinde, quod caput rei est, responsorum quamvis nihil neque affirmantium, neque negantium, haec perspicua utilitas est, ut jureconsulti rem incertam esse certo intelligant, atque causae ambiguitati poenam possint vel absolutionem adaptare. Ad quam rem, si quis dicat, nihil opus esse collegii medici voce et auctoritate, vehementer erret. Etenim judices, antequam ita dubitanter medici sententiam dixissent, id ipsum non sciebant, dubitanter esse respondendum. Nam unde scire poterant? Ex praeceptis physiologiae? His carere se, credo, non diffitebuntur. Aut per sententiam narrationi dissectoris adscriptam? Sed hanc falsam non esse, quo modo persuasum habebant? Quia scilicet artis peritus est atque juratus? Sed haec ad testimonii, non ad judicii fidem valere ostendimus. Igitur nisi accesserit dubium responsum col-

legii medici, ne hoc quidem legitime certum est, rem incertam esse.

Et physici, quorum quasi solitaria judicia esse solent et consultationis ac deliberationis adminiculo destituta, cum in affirmando et negando saepenumero falluntur; tum vero nonnunquam etiam in dubitando rectum modum non tenent: praesertim cum ambigunt inter duo contraria, omisso tertio medio. Ut cum nuper, in causa infanticidii, dissector aut profusione sanguinis, aut suffocatione foetum periisse diceret: inter has duas mortis rationes ita dijudicandum esse intellexinus, ut neutram admitteremus. Namque sanguis in capite congestus et vero etiam passim effusus, tum ecchymosis supra temporum et bregmatis ossa excurrens, non ad suffocationem, sed ad apoplexiam respicere tanto apertius jubebant, quod ecchymosis illa partus effectum erat, nullumque praeterea violentiae signum in cadavere conspiciebatur. Ad profusionem sanguinis autem non satis momenti habebat neque omissa deligatio, neque vasorum in abdomine vacuitas: etenim obstabat caeterorum turgida inflatio, tum funiculi umbilicalis longitudo. Itaque duplex in hoc physici judicio peccatum extabat: alterum quod dubitaverat in re minime incerta; alterum, quod inter duas falsas sententias dubitatio haerebat, et ita errori utrinque locus aperiebatur. Nunc sive profusione sanguinis, sive quadam suffocatione mors infantis acciderat: erat reae maximopere criminosum: per apoplexiam autem magna pars detrahebatur suspicionis. Igitur si judices illam scilicet dubiam sententiam secuti essent, poenam merito majorem decrevissent. — Audio aliquos, qui placide moneant, ne hoc quidem modo judicium capitale futurum fuisse.

Proinde ac si nihil interesset, ad ergastulum in duos annos, an in decem damnari!

Atque si physicorum dubitationes in errorem judices inducere possunt: multo magis cavere hi debent, ne decretis illorum praepostere assentiantur. Quod ne quis inique a me dictum existimet, exempla quaedam afferam non inscitiae, tametsi ne hac quidem nonnulli carent, sed erroris ac vanae opinationis.

Mulier annum agens quadragesimum, quae per decem annos conjugio caruerat, tandem impatiens viduitatis, clandestinos ac spurios amores inibat, quibus gravida redderetur. Peperit conscia ac praesente matre, quae ipsa erat in illo pago obstetrix jurata. Utraque asseverabat, foetum non vivum fuisse. Interea cum rumores suspiciosi de hac re increbrescerent: ambae in judicium vocatae fuerunt, sectioque infantis publice instituta. Physicus, cum ossa calvariae superiora passim sugillata, vasa cerebri autem tumida deprehenderentur, tum vero etiam pulmones aquae qualitercunque innatarent: infantem vivum fuisse audacter affirmavit. Sed paulo post quam hanc sententiam ille protulisset, evictum est foeminae alius, quae oculata testis fuerat, asseveratione, puerperae matrem foetui, si tamen forte reviviscerel, spiritum tubuli ope inflasse. Nunc quanquam ejusmodi hic physici error erat, qui excusationem facile inveniret: tamen judices omnino fefellisset, nisi res delata fuisset ad Ordinem Medicorum. Atque erratum erat in hac causa multis modis. Etenim ecchymosis in capite ante absolutum partum extiterat: pulmones autem compacti erant et aquae difficulter innatabant, tanquam qui subsidere conarentur. Quod physicus de vita infantis tam fidenter pronuntiabat, haec probabilis causa erat, quod vagis auditionibus nimis mul-

tum tribuisset. Etenim habet aliquid suspicionis partus viduae: ergo mirum non erat, quod paulo difficilius credebatur, foetum, caeteroquin maturum et sanum, vita caruisse.

Cum supra dicerem de responsis dubiis: perspicuum feci, illa hoc momenti et utilitatis ad dijudicandam causam habere, ut nunc certum fiat, crimen, rationibus medicis quidem, probatum non esse, nec posse omnino probari. Ego vero hos, qui consideratum hoc et modestum respondendi genus ferre non possunt, ideoque post lectam scilicet ratam sententiam dissectoris, collegii medici alicujus consilium suis deliberationibus adjungere nihil necesse existimant, rogo: utrum, v. g. in aestimanda causa mortis, plus valeat ad veritatem judicii sana dubitatio? an affirmatio falsa temere asseverata? Ita, ut hoc unum exempli loco afferam, toties quaestio agitatur de funiculo umbilicali abrupto et desecto. An nihil in hac re proderit responsum collegii medici, si quidem dubitationi locum relinquat? Credo ego faciliorem criminis probationem fore, si quidem singuli hominis opinionem et arbitrium pro argumento probandi accipiatis. Sed quantum interest inter probationem expeditam, et veram ac firmam!

Mulier illicito concubitu gravida facta gemellos edebat, et mortuos, aliquot dies post partum, defodiebat in cellario. Duplex quaestio agebatur: altera de vita, altera de causa mortis. Ad utramque physicus sine ambiguitate pronuntiaverat. Nam etsi de pulmonibus in descriptione cadaveris nihil notatum erat, quod ad respirationem pertineret; scilicet narrationi haec et nonnulla alia reservaverat: tamen de vita negabat posse dubitari. Et ne Nos quidem dubitavimus; quamquam narrationi, per scribae commenta-

rium non probatae, fidem deesse intelligebamus. Perinde de funiculo nihil obscuritatis admittebat, quem, licet constanter negante rea, non abruptum, sed desectum esse contenderet. Nos vero tot exemplis edocti et admoniti, de funiculo non dijudicavimus; praesertim cum neque instrumentum inventum subesset, neque alia res suspicionem inferret.

Deinde physici sententia haec ne per ipsius verba quidem, scribae dictata, ullo modo confirmabatur. Etenim scribae commentarius hoc habebat: funiculum non eo, quo decet modo, deligatum fuisse. Enimvero non erat evidens, quod inde concluserat, fuisse illum desectum. Qua de re desectus fuerit, an abruptus, cum omnino vix poterat aestimari, tum in hoc casu, per verba commentarii judicialis, plane non debebat. Sed aderant multa alia, quae, etiamsi funiculi consulta desectio evicta fuisset, physicum, ne ad sanguinis profusionem respiceret, poterant monere. Etenim proxime ad placentam, non ad umbilicum, funiculi vulnus apparebat; tum neque capitis, neque abdominis vasa majora, quantum ad plenitudinem vel inanitatem, ille perquisiverat. Haec sane ejusmodi erant, quae veniam vix invenirent. Res cum ad Ordinem Nostrum deferretur, vanam illam de funiculo desecto affirmationem, quodam quasi recuperatorio decreto, delevimus; ita tamen ut hanc partem causae dubiam relinqueremus. Jam nihil creditis, hoc responso, quamvis incerto, judices edoctos fuisse?

13.

DE EXCUSATIONE AETATIS OBSERVATIO.

1801.

Puella agrestis brevi spatio duo incendia fecerat: alterum, cum vix triginta diebus egressa fuerat terminum istum fatalem anni quarti decimi; alterum quinto decimo fere exeunte: ita ut secundum tempus a primo decem circiter mensibus distaret. Quam cum tueri non posset excusatio aetatis contra legis incendiariae severitatem: defensor, homo studiosus ac diligens, argumenta conquisivit magis ad misericordiam et clementiam, quam ad legitimam poenae liberationem comparata, quibus ostenderet, non vindicandi ac nocendi studio, sed rationis immaturitate valetudinisque ac mentis quadam perturbatione, puellam ad hoc facinus adactam fuisse. Huic orationi obstabat testimonium medici publici, neque inscitiam ac levitatem puerilem, neque omnino quicquam in rea deprehendentis, quod aut a naturali perfectione et absolutione rationis, aut a norma ac regula sanitatis discreparet. Cum his duobus decertantibus inter se Ordo Noster, quasi transigendo ac paciscendo, ita decidit, ut deprecatio defensoris, in primo quidem incendio, locum inveniret, in secundo autem plane rejiceretur. Itaque capitis condemnata puella est: quod in eorum jureconsultorum gratiam admoneo, qui verentur, ne cum collegiis medicorum liberum non sit morte mulctare.

At erunt fortassis alii, qui mirentur, quid tan-

tum apud Nos momenti habuerit decem mensium accessio, ut secundo tempore puellam, magis quam primo, ratione et intelligentia valuisse existimaremus. Desinent tamen mirari, quum legerint, quibus hoc judicium et decretum Nostrum fundamentis inniteretur.

Puellam parentes educaverant nequaquam leniter; quippe qui, vel sua ipsorum praedicatione, verberibus apud illam nullo tempore pepercissent. Igitur sive naturalis in ea esset indoles quaedam pertinaciae ac protervitatis; sive disciplinae domesticae rigore ad obstinationem paulatim induruisset: parentibus non admodum obsequiosa erat, et omnino non bene morata deprehendebatur. Hanc pater, teneram aetate (annum agebat quartum decimum), et religionis christianae praeceptis festinanter ac leviter institutam, quam primum ad sacrae coenae communionem consecrata fuerat, rustico locat pro ancilla pecuaria. A quo consilio ita se non passus est filiae lamentatione ac repugnantia dimoveri, ut eam, inter magnos ejulatus renitentem, verberibusque coactam et oppressam, de pago ac domo deduceret ad herum; a quo tamen brevi post, quia perpetuo et continenter non lacrimabat, sed plorabat, tum vero etiam morbum simulabat, ad parentes remittebatur. Hi puellam non maximo gaudio exceptam, continuo in alius rustici servitium adigunt. Apud hunc, ea ipsa die quum advenerat, ignem immittit stabulo; unde, prorumpentibus ac late dimanantibus flammis, incendium exortum est hero atque vicinis omnibus calamitosum. Causam hanc unam habuit, ut, quandoquidem maxima heri futura esset consternatio, ejus voluntate et jussu ad parentes rediret. Quod ipsi contigit vespera ejusdem diei. Pater vero, qui constanter volebat ut filia, peregre famulando, victum sibi quaereret ipsa

seque labori et obedientiae assuefaceret, eam alibi committere in ministerium statim curavit. Jam etsi puella deinde videbatur sensim lenius ferre desiderium patriae domus, quippe a qua nunc abfuerat sex continuos menses, novo hero etiam qualitercunque probata: tamen cum ab hoc dimissa et illico in alium pagum a patre ablegata fuisset: plane impotens doloris fuit et indignationis. Et quoniam, decem mensibus ante, reditum ad parentes incendio sibi aperuerat: non dubitavit, quin si etiam hic domus ignesceret, continuo dimitteretur. Igitur aliquot diebus post quam advenerat, carbones candentes imposuit tecto stramineo vicini habitatoris, quod finitimum erat horreo domini; scilicet, ut aliunde flammam provenisse crederes. Surgentem fumum spectat otiosa, expers sollicitudinis et curae. Neque laetitia abundavit, cum ignis celeriter compesceretur. De hoc incendio apud judicem confessa est ad primam interrogationem; de priori autem nunc ultro, vix suspecta super illo, nedum quaesita. Causam utriusque facti hanc unam attulit, quam supra dixi: quod ferre non posset desiderium patriae domus, eoque redeundi alium modum non inveniret, quam ut, facto incendio, magnam in domo confusionem ac perturbationem excitaret. Neque mendax erat responsio haec, aut ad purgandum crimen excogitata: etenim odii et vindictae ne minima quidem suspicio apparebat.

Jam quoniam defensor duo inprimis adhibuerat argumenta deprecandi, quorum alterum, excusationi aetatis propinquum, ab inscitia et levitate puellae, alterum a valetudinis perturbatione ducebatur, utrique autem judicium medici publici repugnabat: ad Ordinis Nostri auctoritatem et sententiam judices provocarunt. Verba quaestionis haec erant:

Ob die vom Amts-, Stadt- und Landphysicus D. Frommann in dessen fol. — sq. befindlichen Gutachten, insonderheit fol. — sq. angegebenen Gründe hinreichend sind, um mit Gewiſsheit zu behaupten, es sey Johanna Friederica Roſsweinin zu der Zeit, als sie zu Oberzelle und Mohlwitz Feuer angeleget, ihres Verstandes in dem Grade mächtig gewesen, daſs sie, mit voller Zurechnungsfähigkeit zu handeln vermocht; oder ob die vom Vertheidiger vorgebrachten Umstände mit Wahrscheinlichkeit, oder Gewiſsheit das Gegentheil annehmen lassen?

Respondimus ad hunc modum:

Obwohl 1) *das in Untersuchung befangene Mädchen, bey der ersten Brandstiftung, das vierzehnte Jahr kaum zurückgelegt, bey der zweyten aber nur mit zehn Monaten überschritten (Bl. —) und folglich dasjenige Alter noch nicht erreicht hatte, welches, abgesehen von dem, was positive Criminalgesetze willkührlich darüber feststellen, nach Principien der Medicin sowohl, als der Seelenlehre, zu der vollkommenen Zurechnung eines Verbrechens erforderlich wäre:* 2) *angenommen, was in dem Feuer-Mandat von* 1741 *als Voraussetzung zum Grunde liegt: daſs mit dem ersten Eintritt in das* 15*te Jahr, der freye Verstandesgebrauch, der Regel nach, seinen Anfang nimmt: dennoch diese beyden Brandstiftungen mehr den Character der kindischen Einfalt, als der Bosheit zu haben und sonach auf eine Ausnahme jener Naturregel hinzuweisen scheinen; indem das Roſsweinische Mädchen zu dem Gedanken Feuer anzulegen, beyde Male, nicht durch Zorn und Rachgier, noch etwan durch das Interesse einer diebischen Flucht,*

sondern einzig und allein durch den Zweck verleitet wurde, bey der in dem Hauswesen ihrer Dienstherrschaft entstehenden Bestürzung und Verwirrung, den Abschied zu erhalten und zu ihren Eltern zurückzukommen (Art. — —), von denen sie, bey jeder Vermiethung, mit Gewalt und unter lauter Vergiefsung häufiger Thränen, getrennt worden war (Bl. — — —); und nun diese, aus Hülflosigkeit und Furchtsamkeit zusammengesetzte, Anhänglichkeit an das elterliche Haus, verbunden mit der Abneigung vor dem Leben unter fremden Leuten, in den Kindern, zumal vom weiblichen Geschlecht, gerade die allerheftigste und in Wahrheit auch die allernatürlichste Leidenschaft ist, welche sehr oft, selbst in sonst beherzten Knaben, wenn sie auf eine auswärtige Schule, oder, zur Erlernung der Kaufmannschaft, in die Fremde geschickt werden sollen, bald in die heftigste Betrübnifs, bald in die entschlossenste Widersetzlichkeit überzugehen pflegt; mithin das Verbrechen, über dessen Zurechnung Wir, aus Grundsätzen Unserer Wissenschaft, urtheilen sollen, dieser Ansicht nach, allerdings kindischer Art ist und, seiner wahren und eigentlichen Beschaffenheit nach, darin bestehet, dafs die Rofsweinin diese mit der ganzen Natur- und Empfindungsart eines Kindes und besonders eines Mädchens verwebte, in ihr noch überdieses durch bange machende Vorstellungen anderer Leute (Art. — —) erhöhte Leidenschaft nicht bekämpfte und, bey dem zu demselben Behuf unvernünftig ergriffenen Mittel, nur allein an sich und an ihren Wunsch bey den Eltern zu bleiben, nicht aber an das Unglück dachte, welches dadurch für andere Menschen entstehen konnte und das erste Mal wirklich entstand, vielweniger der Gesetze der natürlichen und christli-

chen Sittenlehre eingedenk war, die sogleich die erste Entstehung eines so sinnlosen Gedankens zu unterdrükken, wie vielmehr die Ausführung desselben zu hindern vermochten; nun aber kaum vorauszusetzen seyn dürfte, daſs sie, als ein unerfahrnes und unverständiges Kind, indem sie den Feuerschaden nicht als Zweck, sondern nur als Mittel der Rückkehr zu ihren Eltern, wollte, fähig war, die auſser ihrem Plane liegenden zufälligen Folgen des Feueranlegens, das Unglück der dadurch in Schaden gesetzten Personen, in Erwägung zu ziehen, oder ihrem leidenschaftlichen Wunsche die Gründe der Religion und Tugend entgegen zu stellen; als wozu allerdings einerseits mehr Kenntniſs des Werthes der zeitlichen Güter, mehr Aufmerksamkeit auf Glückseligkeit und Elend in der Welt und auf den in dieser Rücksicht unterschiedenen Zustand der Menschen, andererseits ein höherer Grad von moralischer Ueberlegung und Selbstständigkeit erfordert wurde, als man von Kindern erwarten kann; die, wie die tägliche Erfahrung lehrt, oft die kleinlichsten Einfälle zu den heftigsten Affecten werden lassen und sie, vermöge der ihnen eigenen gedankenlosen Einseitigkeit, durch die kühnsten Wagstücke, mit Gefahr für sich und, ohne das boshaft zu wollen, mit Gefahr für andere, auszuführen pflegen; wie denn auch das Roſsweinische Mädchen bey den von ihr unternommenen Brandstiftungen, ihr selbsteigenes Unglück nicht mehr, als das Unglück anderer in Bedacht genommen hatte: 3) das, was der Vertheidiger von dem Einfluſs des noch nicht gehörig geordneten monatlichen Blutganges auf den weiblichen Gemüthszustand, zumal in diesem zwischen Kindheit und Geschlechtsreife schwebenden Alter, anführt, im Allgemeinen, der medicinischen Theorie

und Erfahrung vollkommen gemäfs ist; und mit gutem Grunde angenommen werden kann, dafs der, besonders bey ganz jungen Mädchen, in diesem näher an die Kindheit als an die Jungfrauschaft angrenzenden Zeitpuncte, so häufig wahrzunehmende Trotz und Starrsinn und überhaupt das, was in der niedrigen Sprache des gemeinen Lebens ein närrischer Kopf genannt wird, nebst den zuweilen daraus entstehenden verzweifelten Entschlüssen und tollkühnen Handlungen, öfter von dergleichen geheimen Beunruhigungen der Nerven und des Gehirns, als von einer moralisch bösen Gemüthsart herrührt; wobey nicht unbemerkenswerth ist, dafs, wenigstens Unserer Erfahrung und Uebersicht nach, die allermeisten Brandstiftungen, welche nicht aus Zorn und Rachgier unternommen werden, von Kindern und namentlich von Mädchen zu geschehen pflegen; sodann die Rofsweinin in den Jahren, da sie in Oberzelle, und nachher in Mohlwitz, Feuer anlegte, in diesem kritischen Alter sich wirklich befand und den monatlichen Blutflufs bald stark, bald schwach, bald ganz unterdrückt sahe; mithin aus allen diesen von Uns erörterten Gründen und Umständen der Schlufs gezogen werden dürfte, dafs das zweymal gewagte Feueranlegen der Rofsweinin, theils wegen ihrer physischen und moralischen Kindheit, theils wegen der eingetretenen Mitwirkung eines krankhaften Zustandes keiner Zurechnung fähig sey, und diesem Schlusse das Urtheil des verpflichteten Physicus darum vielleicht nicht entgegen zu setzen wäre, weil dasselbe sich mehr auf die Stunden, in denen er die Inquisitin beobachtet, als auf die Zeit der That und auf den Gemüthszustand, in welchem sie dieselbe beschlossen und ausgeführt hatte, beziehet, und daher zum Beweis ihrer dama-

ligen Verstandesreife und Besonnenheit nicht hinreichend, aufserdem auch hin und wieder auf Merkmale berechnet ist, welche der Beweiskraft ermangeln.

Dennoch aber, da 1) *die Rofsweinin, wenn sie auch bey der ersten zu Oberzelle geschehenen Brandstiftung, wo sie kaum fünf Wochen über vierzehn Jahr alt war, nach medicinischen und psychologischen Principien, Unserm Dafürhalten nach, als ein Kind angesehen werden mufste; da noch, als sie, schon nahe der Vollendung des* 15*ten Jahres, zum zweyten Male Feuer anlegte, sie also zu betrachten, um so weniger Grund vorhanden ist, je weniger die zwey Umstände, welche in einzelnen Fällen, für die von den Gesetzgebern angenommene Naturregel, eine Ausnahme darbieten: auffallende kindische Einfalt und gänzliches Zurückbleiben der Geschlechtsentwikkelung, bey ihr Statt finden; angesehen ihre genüglich guten Verstandesanlagen, ihr gesunder jungfräulicher Wuchs und Körperbau und der, bey gründlicher Untersuchung, in allen Rüchsichten gut befundene Gesundheitszustand, in dem Aufsatz des verpflichteten Arztes, vielmehr das Gegentheil anzeigen:* 2) *so wahrscheinlich es, vermöge der in der zweyten Nummer der Zweifelsgründe von Uns angeführten Rücksichten ist, dafs ihre erste Uebelthat, aus der kindisch-natürlichen, durch Wehmuth und Zwang leidenschaftlich gewordenen Abneigung vor der Trennung von ihren Eltern entstand, und sie dabey den Zweck, die Rückkehr zu denselben zu erzwingen, in dem Grade einseitig verfolgte, dafs sie beydes, den damals von ihr entweder noch nie geschenen, oder noch nie bedachten Schaden des Feueranlegens, so wie die Grundsätze der Religion und Tugend ganz und gar übersahe; die Rofsweinin doch nun in dem*

Zeitraum von drey Vierteljahren nicht allein überhaupt mehr Verstand und Nachdenken erlangt, sondern auch, während ihrem halbjährigen Dienst, in Donau, die Erträglichkeit des Lebens unter fremden Leuten eingesehen, mehr als alles aber, aus dem großen Unglück, welches sie am ersten März 1799 *in Oberzelle, wenn auch ohne Ueberlegung, angerichtet, was Feuerschaden bedeutet und wie die Menschen dabey den Urheber ansehen und den Verlust ihrer zeitlichen Glückseligkeit beklagen, gelernt haben, zugleich auch, indem sie sich während dieser Zeit bewußt gewesen war, die Stifterin dieses Unglücks zu seyn, möchte auch ihr Gewissen von eigentlicher Bosheit sie losgesprochen haben, auf jeden Fall das Strafwürdige einer solchen That nunmehro und für die Zukunft, genugsam begreifen müßte, um sie nicht am* 8*ten Februar* 1800 *in Mohlwitz zu wiederholen; wie denn auch die Rührung, welche sie, wenige Tage nachher, bey einem gelesenen Bußlied empfand, als ein Merkmal angesehen werden kann, daß sie jetzt selbst die That sich zurechnete, mithin nicht ohne Zurechnungsfähigkeit gehandelt hatte:* 3) *anlangend die in der Schutzschrift angeführten und von der Unordnung des monatlichen Blutflusses hergeleiteten physischen Ursachen einer vorhanden gewesenen Schwächung und Zerrüttung des Verstandes in der Roßweinin: die zum Beweis aufgestellten Thatsachen und krankhaften Symptome theils nicht wahrzunehmen gewesen und nur durch pathologische Schlußfolgerungen, von dem Vertheidiger, als wahrscheinlich oder nothwendig vorausgesetzt, theils, in Ansehung des Einflusses, den diese kaum bemerkenswerthen Regellosigkeiten auf den Gemüthszustand*

gehabt haben sollen, ebenfalls durch erkünstelte Schlüsse übertrieben werden; sonach also ein in den Principien der forensischen Medicin bestehender Grund nicht zu finden ist, nach welchem man mit dem Vertheidiger annehmen könnte, dafs die Rofsweinin, auch zu der Zeit; da sie das, zwar sogleich gedämpfte, Feuer in Mohlheitz angelegt, als ein der Zurechnung nicht fähiges Kind, oder gar aber als eine Person von zerrüttetem Verstande gehandelt habe; im Gegentheil das von dem verpflichteten Physicus aufgestellte Resultat, vermöge der sorgfältigen Beobachtungen und Nachforschungen (welche letztere sich auch auf die Zeiten und Umstände des Verbrechens beziehen), in denen es beruhet, darum nichts desto weniger alle Rücksicht verdient, wenn auch hin und wieder die Abwesenheit eines geschwächten oder verwirrten Verstandes aus Merkmalen bewiesen wird, die eine blofs usurpirte Autorität in der forensischen Medicin haben; wie z. B. der gedächtnifsmäfsige Zusammenhang der Gedanken, die Fähigkeit zu den gewöhnlichen Dienstverrichtungen, der Mangel sichtbarer Aeufserungen des Wahnsinnes u. d. g.

So urtheilen Wir:

Die vom Amts-, Stadt- und Land-Physicus D. Frommann in dessen fol. — seq. befindlichem Gutachten, insonderheit fol. — seq. angegebenen Gründe seyen zwar nicht hinreichend, um mit Wahrscheinlichkeit, viel weniger mit Gewifsheit zu behaupten: es sey Johanna Friederica Rofsweinin, zu der Zeit, als sie in Oberzelle Feuer angelegt, angesehen sie damals, den obigen Rücksichten zufolge, als ein Kind zu be-

trachten war, ihres Verstandes in dem Grade mächtig gewesen, dafs sie mit voller Zurechnungsfähigkeit zu handeln vermochte: jene Gründe aber seyen hinreichend, dieses mit Gewifsheit, in Ansehung der zu Mohlwitz versuchten Brandstiftung, zu behaupten; und die von dem Vertheidiger vorgebrachten Umstände lassen, weder mit Wahrscheinlichkeit, noch mit Gewifsheit, das Gegentheil annehmen.

14.

DE JUDICIIS MEDICORUM PUBLICORUM II.

1801.

Puella rustica, male parva, gibbosa et distortissima, cum per corporis figuram et staturam vix ad coitum, nedum ad graviditatem et partum apta esse videretur, in misera hac debilitate, clandestinos amores cum ipso hero suo inivit et, ab eo compressa, vel gemellos edidit, eos tamen immaturos. Utrique mortui inventi sunt et judicis auctoritate publice dissecti. De priore, quin vita caruisset, non dubitabatur. Posterior vero, qui, ipsa confitente matre, aliquantulum spiraverat, adeo exilis et macer deprehendebatur, ut unam tantummodo libram cum semisse penderet, longus vix digitos quatuordecim. Quem alterum foetum a matre necatum fuisse, propter celatam graviditatem non improbabilis erat suspicio; praesertim cum in eo abigendo et occultando majorem illa diligentiam adhibuisset. Hanc suspicionem augebat parva stria sugillata, quae supra cartilaginem thyroideam apparebat, tumentibus, in glandula et utrinque in collo, venis. Etiam vasa durae matris et pulmonum sanguine plena conspiciebantur: his accedebat serosi humoris, quanquam non in ventriculis cerebri, tamen in cerebelli vicinitate, quaedam effusio.

Erant haec profecto ejusmodi, quae legitimum crimen matri necessario inferrent. Et parum aberat, quin capite damnaretur. Nam etsi de adhibita violentia constanter negabat atque infantem nimirum in-

firmitate peremtum fuisse dictitabat: tamen fide apud judices caruit; quippe qui in tali causa plus medici publici judicio, quam excusationibus et effugiis reae, tribuendum esse recte arbitrabantur. Namque ille hunc foetum tenerum et imbecillum, testimonio suo, septimestrem effecerat et hactenus, ut cum medicis forensibus loquar, vitalem, i. e. ad vitam sustentandam qualitercunque comparatum. De stria sugillata non dubitanter pronuntiabat, at inconstanter; ita ut, in dissectione cadaveris, illatam vim commemoraret, posthac vero, in relatione ad judicem scripta, ad funiculum umbilicalem omnia referret; quo scilicet collum foetus, veluti laqueo, implicari et constringi potuisset.

In qua medici publici sententia quid verum esset, quid falsum, quid neutrum, cum actorum commentarios, Ordini Nostro commissos, diligenter perlegissemus, facile dijudicavimus. Primarius error in hoc cernebatur, quod infantem hunc aestimaverat septem mensium partum et vitalem. Nam licet in cuticula, in crinibus, in unguibus nonnulla deprehenderentur, quae ab hoc maturitatis modo non abhorrerent: tamen manifesto contraria erat ponderis longitudinisque inusitata exiguitas. Et cum paullo post per reae confessionem, in hoc minime suspectam, tempus graviditatis declararetur: ultra sex menses non admitti debuisse evidenter probatum est. Deinde etiamsi nihil fuisset peccatum in temporis ratione: tamen hunc foetum, quantumvis mensibus provectum, in tanta corporis exilitate, vitae imparem fuisse non poterat dubitari. Enimvero neglecto atque omisso immaturitatis, vel infirmitatis respectu, hoc, quod maxime probandum erat, posuerat ille tanquam certum et ratum: necem a causa extranea illatam. Igitur non an

ejusmodi causa, sed qualis incidisset, sibi quaerendum et investigandum esse putabat. Et cum in promtu esset illa, in medio collo, sugillatio: cum hac non solum, ut par erat, sanguinis effusiones in cartilagine thyroidea, sed etiam venarum in utroque latere colli, tum omnino in capite vasorum, inflationes, ita communicavit, ut causa mortis ad suffocationem deduceretur, suffocatio autem ad funiculum umbilicalem. In quo posteriori nequaquam sibi contradicebat ipse: nam etiam funiculus collo circumligatus ad mortem violentam pertinebat. Sed ejusmodi status et conditio cadaveris reperiebatur, ut mortis violentae omnino nulla vestigia apparerent. Namque exigua illa stria sugillata, vix cartilaginis thyroideae terminos excedens et minime omnium venas colli tumidas attingens, ipsa in sese nullo pacto letalis erat: a manu violenta, an a fortuito pressu funiculi umbilicalis profecta esset, id nimirum nullo modo poterat discerni ac dijudicari. At medicus publicus non de violentia, sed tantummodo de ejus causa dubitabat.

Quo hujus errore in hanc judices necessario sententiam abducti fuerant, ut tantummodo inter manum matris, et funiculum umbilicalem decidi crederent oportere. Sed cognita causa atque in omnem partem disceptata, id ipsum falsum esse intelleximus, in quo pronuntiationis a medico factae summa nitebatur: infantem morte violenta periisse. Nam etsi rea crimine et culpa non carebat; nec colli per funiculum complexio quaedam et constrictio artis obstetriciae rationibus idoneis destituebatur: tamen, cum neutrius causae effecta mortifera in cadavere conspicerentur, utramque rejecimus, admissa tertia. Namque infans defectu virium mortuus erat, accedente apoplexia.

Haec ego non ideo scripsi, ut physicum publi-

cum, qui in hac re erraverat, notarem, sed ut novo et illustri exemplo ostenderem, quanta sit levitas eorum, qui in his rebus unius singuli hominis judicio fidendum esse arbitrantur. Etenim pone: illam de funiculo umbilicali conjecturam, in relatione demum prolatam, prorsus abfuisse: jam illa mortis violentae suspicio, quae in commentario dissectionis constituebatur, magnitudinem delicti vehementer apud judices exaggerabat. Nemo enim, nisi anatomes ac physiologiae litteris instructus, illud assequi poterat, quod erat in hac causa maximum: cur stria illa sugillata, in collo conspicua, nihil cum tumida inflatione vasorum cerebri necessitudinis et conjunctionis, ergo etiam, ad probandam vim et efficientiam mortiferam, nihil momenti haberet. Igitur judices, quibus ex actorum commentariis erat de modo culpae decernendum, nisi Collegii Medici alicujus sententiam requisivissent, poenam irrogaturi fuissent merito majorem. Sed non magis vitiosum est, in judice, errare, quam errandi causas perspicuas non providere ac devitare.

Quaestio super hac re ad Ordinem Nostrum delata triplex erat:

1) *Ob das von Renaten Kullin in der Nacht zwischen dem 19ten und 20sten October 1800 geborne Kind, so sec. fol. — sq. zergliedert worden, bey und nach der Geburt gelebet habe?*

2) *Ob sothanes Kind, wenn gehörige Sorgfalt und Pflege angewandt worden, beym Leben zu erhalten gewesen? und*

3) *Ob selbiges durch eine äusserlich angebrachte Gewalt, oder aber auf die fol. — muthmasslich geäusserte Art ums Leben gekommen sey?*

Quaestio prima nihil ambiguitatis habebat: namque signa vitae luculenta in cadavere apparuerunt. Ad caeteras responsum est hoc modo:

Anlangend die zweyte Frage: Obwohl 1) das Kind, nach dem Urtheile der gerichtlichen Zergliederer, eine Frucht von sieben bis sieben und einem halben Monat gewesen seyn soll; welche Schätzung jedoch über die von der Kullin angegebene Zeit der ersten Schwängerung, wenn man diese auch (Art. —) auf anderthalb Monat vor Ostern setzen wollte, sechs bis acht Wochen hinausgehet: 2) der Erfahrung zufolge die mögliche Lebensbeständigkeit siebenmonatlicher Leibesfrüchte, zumal bey sorgfältiger Pflege, keinem Zweifel unterworfen ist.

Dennoch aber, da 1), sogar angenommen, daſs die gerichtlichen Zergliederer sich bey jener Schätzung nicht geirrt und, aus den vorliegenden Kennzeichen, zu denen jedoch das Gewicht und die Länge nicht gehören würden, das Maaſs der Reife des Kindes richtiger, als die Kullin, aus dem Gedächtniſs, die Zeit ihrer ersten fleischlichen Vermischung, bestimmt hätten, eine Zwillingsfrucht, soviel insbesondere die Lebenskraft anlangt, ihrer Natur nach, um einen Monat weiter zurück zu seyn pflegt, mithin die gegenwärtige, wenn sie auch sieben Monate getragen worden wäre, in dieser Rücksicht nicht viel über sechs Monate gerechnet werden könnte: 2) dieses Kind, in Ansehung der äuſsersten und für eine siebenmonatliche Frucht kaum erhörten Unbeträchtlichkeit des Gewichtes und Längenmaaſses, wäre es auch, der Zeit nach, völlig ausgetragen gewesen, als ganz elend und schwach und mithin zur Fortsetzung des Lebens unfähig zu betrachten ist; wie denn nicht viele Beyspiele vorhanden seyn werden, daſs über-

haupt eine Frucht, die nur ein Pfund und achtzehn Loth schwer und nicht länger als vierzehn Zoll lang war, und zumal eine Zwillingsfrucht, auch bey der sorgfältigsten Pflege, über einige Stunden oder Tage beym Leben erhalten wurde.

So urtheilen Wir:

Sothanes Kind sey, wenn auch gehörige Sorgfalt etc. nicht beym Leben zu erhalten gewesen etc.

Anlangend die dritte Frage: Obwohl 1), *so viel die nächste und selbstwirkende Ursache* (causa principalis) *betrifft, das Strotzen der äußerlichen und innerlichen Blutgefäße des Kopfes, allerdings den Anschein giebt, daß der Tod des Kindes durch eine apoplektische Erstickung, d. h. durch einen von Hindernissen des Othemzugs herrührenden Stillstand des Blutumlaufes in dem Gehirn, bewirkt worden sey; zumal da der oberhalb des Schildknorpels hingehende sugillirte Streif, vermöge der darunter befundenen Anfüllung der Gefäße, (Bl. —) auf das vorausgesetzte Hinderniß des Othemzuges, dem ersten Anblicke nach, wirklich hinweiset:* 2) *anlangend die äußere Ursache des Todes* (causa instrumentalis), *auf der einen Seite der sugillirte Streif am Halse den Verdacht einer zugefügten Gewaltthätigkeit um so mehr unterstützt, je mehr das, was die Zergliederer in dem Bericht (Bl. —), nicht einstimmend mit den in der Registratur gegebenen Aeußerungen (Bl. —), von der Umschlingung des Nabelstranges nachbemerken, beym ersten Anblicke, einer leeren Muthmaßung ähnlich siehet; in der vielleicht auch dieses befremdend seyn könnte, daß, der Umschlingung ungeachtet, das Kind lebendig zur Welt kam: auf der andern Seite jedoch weder, daß eine Gewaltthätigkeit*

vorgegangen, von moralischen Gründen des Verdachtes abgesehen, aus den Umständen oder Aussagen geschlossen werden kann, noch auch, worinnen sie bestanden haben möchte, bey der Beschaffenheit des erwähnten Streifes, auszudenken ist; dessen unbedeutende Länge von nicht mehr denn einem Zoll, der Idee einer durch Band oder Schnure geschehenen Erdrosselung, als wovon eine sugillirte Vertiefung in dem ganzen Umfange des Halses entstehen mußte, offenbar widerspricht, hingegen ein über der Schilddrüse angebrachter und damit gegen die Luftröhre gerichteter stumpfer Druck der Hand, oder irgend eines harten Körpers, einen sugillirten Fleck von unbestimmter Form, schwerlich aber einen schmalen Streif von zwey Linien zurücklassen und auf keinen Fall das Strotzen der, rechter und linkerseits, ausserhalb seinen Grenzen befindlichen Venen bewirken konnte; also, in dieser Ansicht, die von den Zergliederern (Bl. —) genuthmaßte Umschlingung des Nabelstranges, welche, auch in sonst verhältnißmäßig leichten Geburten, häufig vorzukommen und nur da, wo die sehr oft durch die Natur allein vollbrachte Lösung zu spät erfolgt, tödtlich zu seyn pflegt, in dem gegenwärtigen Falle darum allerdings viel Wahrscheinlichkeit für sich hat, weil das übelgebaute Bekken der gebrechlichen Gebährerin dazu Anlaß geben konnte; ferner, dieses Kind, wie bey der andern Zwillingsfrucht sehr gewöhnlich, eine Fußgeburt und dadurch der Verschlingung der Nabelschnur desto mehr ausgesetzt war; endlich, weil die verschlungene Nabelschnur nicht allzeit, so wie ein absichtlich mit Menschenhänden angelegtes Band, den ganzen Hals mit einer gleichen Kraft zusammenziehet, sondern zuweilen sich nur an einen Theil desselben, gleichwie

auch an andere Theile des Körpers, andrängt, welches bey Fufsgeburten, besonders wenn der Kopf vorwärts gekehrt ist und, im Durchgehen, an das Bekken angeprefst wird, sehr leicht geschehen kann: und also, dieser Darstellung nach, die Ursache der vorausgesetzten Erstickung von der Umschlingung der Nabelschnur wahrscheinlicher, als von einer menschlichen Gewaltthätigkeit, herzuleiten wäre.

Dennoch aber da 1), *anlangend die innere Ursache des Todes* (causa principalis), *die innerlichen Blutanhäufungen des Kopfes, entweder, so wie die äufsern ganz unstreitig, Folgen der Geburt und nahmentlich der dabey geschehenen Pressung des Kopfes, oder auch der Schwäche und einer damit verbundenen Apoplexie seyn konnten, im übrigen auf keinen Fall mit dem an dem Halse bemerkten sugillirten Streife, einen pathologischen Zusammenhang haben, weil er diejenigen grofsen am Halse seitwärts liegenden Gefäfse nicht berührt, welche bey der Erdrosselung zusammengeprefst werden, und von denen die innern Gefäfse des Kopfes, deren Anfüllung hier vorzüglich in Betrachtung kommt, ganz allein abstammen; mithin dieser kurze Streif, sey er übrigens durch äufserliche Gewaltthätigkeit, oder, welches nach den Umständen der Geburt wahrscheinlicher, durch Verschlingung, ja vielleicht nur durch Andrücken der Nabelschnur entstanden, bey weitem keine tödtliche Verletzung, vielweniger eine solche darbietet, welche eine apoplektische Erstickung zur Folge haben konnte: hingegen die innere Ursache des Todes, vermöge der über die zweyte Frage gegebenen Erörterungen, in der äufsersten Schwäche dieser frühzeitigen, nur vierzehn Zoll langen und ein Pfund und achtzehn Loth schweren Zwillingsfrucht, ganz augen-*

scheinlich am Tage liegt: 2) *anlangend die äufsere Ursache* (causa instrumentalis), *eine solche bey einem natürlichen Tode, dessen sonach dieses Kind gestorben, nicht weiter Statt findet; wie denn auch die Anfüllung der Gefäfse in dem Kopfe, sofern weder in den Lungen, noch sonst in dem Leichnam sich ein Merkmal einer vorhergegangenen Erstickung gezeigt, entweder als Grund, oder als Folge dieses natürlichen Todes anzusehen ist, und mithin keine äufsere Ursache voraussetzet; vielweniger der mehrmal erwähnte Streif, welcher sich, in keiner anatomischen und physiologischen Rücksicht, zu einer auch nur bedingt tödtlichen Verletzung eignet, eine solche Voraussetzung begründen kann, möchte auch der Verdacht, dafs er durch äufserliche Gewalt verursacht wurde, actenmäfsig, erwiesen seyn.*

So urtheilen Wir:

Das Kind sey weder durch äufserliche angewandte Gewalt, noch durch die fol. — muthmafslich geäufserte Ursache ums Leben gekommen, sondern, als eine frühzeitige und dabey, wegen der elenden Leibesbeschaffenheit der Mutter, ganz unausgediehene Zwillingsfrucht, vermöge seiner absolut unheilbaren Nahr - und Kraftlosigkeit, gestorben.

15.

DE LIPOTHYMIA PARTURIENTIUM, QUANTUM AD EXCUSATIONEM INFANTICIDII.

1801.

schen Medicin, in besagten Melwitzens Gesundheitszustande nichts, was auf einen krankhaften Gemüthszustand hinweise, und in seinem Gemüthszustande nichts, was den freyen Vernunftgebrauch, in Ansehung der von ihm begangenen Verbrechen, im mindesten zweifelhaft machen könne, zu entdecken.

21.

DE JUDICIIS MEDICORUM PUBLICORUM III.

1803.

Cum, in eruenda necis violentae suspicione, medicorum publicorum industria et fides hoc maxime consilio a judicibus expetatur, ut, per res quidem in cadavere visas et repertas, causae letiferae vim atque efficientiam, seu illud a jureconsultis desideratum corpus delicti, investigent atque declarent: non magis vitanda est eorum negligentia, qui, in hac plagarum animadversione ac notatione, omittunt perspicua et aperta, quam aliorum nimia sedulitas, qui intermiscent obscura nec ullo modo per sensus demonstrata. Cujus ego peccati, quo nescio an nullum in hoc genere gravius admitti possit, hanc causam esse arbitror, quod plerique nimis multum tribuunt sermonibus de crimine et facto dispersis, atque ita testimonium oculorum, quod simplex et integrum dare deberent, per antecaptam aliquam rei informationem, adulterant et corrumpunt. Scilicet difficile est non videre, quod te visurum esse ante persuasum habeas.

Et licet credibilia sint, imo manifesta et probata, quae, vel ex narrationibus testium, vel ex ipsius interfectoris confessione, de causa mortis praenoscuntur: tamen, ad hoc negotium, nihil momenti habent, nisi cum iis congruat ipsius cadaveris disquisitio atque descriptio. Ut, cum faber lignarius ille, de quo relatum est in prolusione decima, ab iracundissimo homine, quocum pugnam habuerat in platea, a

tergo percussus et facie adversa in stratum lapideum projectus fuisset, decemque horis post exspirasset: sane verisimile erat, miserum illius furore ac violentia interemtum periisse. Sed nihilo magis reprehensione carebat medicus publicus, qui id simpliciter affirmaret. Etenim vulnus cranii, in quo luculenta et necessaria causa mortis inesse putabatur, factum fuerat in utrorumque congressione et conflictu, inter mutuos nimirum pulsus et ictus. Deinde accedebat laesi ebrietas, quippe quae facere posset, ut tanto et facilius, et vehementius, alliso in terram capite, prolaberetur. Proinde adversarii, an sua ipsius culpa aliqua, mors accidisset, ex vulneris ratione nequaquam apparebat. Quae cum ita sint, non desinam mirari judicum eorum — festinationem dicam, an tarditatem? — qui, quam infida sit, praesertim in causa capitali, singuli hominis opinatio, ita non cogitant, ut, post scriptionem a tali aliquo scilicet artis perito exhibitam, nihil necesse putent collegii medici auctoritatem et sententiam adhibere. Tales si fuissent illi, apud quos haec causa agebatur, reum, incerto crimine, ad mortem damnassent.

Miles gregarius, magnus nebulo et ad omne scelus audax, cum uxore hominis agrestis, foemina plena turpitudinis et flagitii, consensionem amatoriam habebat, hoc nefando pacto et foedere firmatam, ut maritum e medio tollerent, vesperique redeuntem de pago vicino, in quem sui diurni faciundi operis causa, quoque mane vadere solitus erat, obvium peterent ac trucidarent. Quae insidiae cum, ejus mora et absentia, quippe in illo pago nonnunquam pernoctantis, tribus temporibus frustratae fuissent: miles, mutato consilio, ei abeunti se aliquando comitem adjungit; armatus instrumento, quo ad grana frugum excudenda

rustici utuntur, atque etiam, ne caedes praeda careret, praemonitus a foemina, ut horologium et marsupium auferret. Via ducebat per silvulam. In qua dum alter meat post alterum, immanis latro secutus a tergo, ingentem illum fustem subito extollit, et miserum ab occipite graviter percutit, deinceps prostratum et attonitum trahit in locum fruticibus ramosis densiorem et, si quid forte adhuc animae superesset, prehensa ejus propria securi, quam bonus homo secum habebat, multis vulneribus conficit exanimatque.

Suspicio quidem et rumor caedis paulo post increbuit: cadaver tamen, aliquamdiu latitante causa et auctore, inventum et disquisitum est vicesimo demum die. Sed hoc ferarum laniatu ita exesum deprehendebatur, ut sceleto citius simile esset (ipsis scribae jurati verbis utor), quam corpori humano. Nam praeter artus et spinam dorsi, pleraque ossa omnia denudata apparebant. Pulmones evulsi et discerpti circumjacebant, itemque intestina. A capite nasus aberat et utraque auris, tum os temporis sinistri et zygomaticum; passim deficientibus quoque particulis ossium, ut in fronte, in bregmate et in maxilla superiore. Quod ad necem illatam referri posset, nihil magnopere conspiciebatur, praeter fragmentum vacillans in sinistro latere ossis frontis, et rimam tres pollices longam, quae in eodem osse dextrorsum super orbitam procederet. Deinde etiam hoc observatione dignum videbatur, quod securis tergum, quo quidem, non acie, reus diceret se usum fuisse, illam a deficientibus ossium calvariae particulis relictam lacunam explebat.

Ex quo cadavere, non dicam informi et mutilo, sed destructo atque corrupto, cum medicus publicus mortis rationem declarare atque adeo corpus delicti

constituere auderet: temere omnino et inconsiderate terminos egrediebatur sui officii ac muneris. Namque os frontis instrumento letifero potius, an grandioris alicujus bestiae calcibus, aut lapidis illapsu, aut alia causa fortuita, fractum fuisset: quibus tandem notis, in hac plagarum obscuritate ambiguitateque, perspiciebat? At caedes minime dubia erat, reo jam ante confesso et convicto. Quid vero? Num adeo licebat illi ultra oculos videre, ut corpus delicti, mancum omnino et imperfectum, vagis auditionibus suppleret? Vel si, quod magis credo, ipsos perlegerat actorum commentarios: an his major, in hoc negotio, quam sensibus, debebatur auctoritas? Et mallem, ut dicam in transcursu, ab illis legendis medicos publicos, praesertim antequam declaraverint sententiam suam, omnino prohiberi. Scilicet horum interest nosse non ea, quae in judicio, sed quae in corpore laesi et emortui hominis acta fuerunt.

At judices, non diffisi pronuntiato dissecatoris, illum nocentissimum hominem extremi supplicii damnarunt; inter complura alia praecipue hoc nominatim argumentum afferentes, quod occisionis factae perspicua vestigia in cadavere apparuissent. Quod decretum cum defensor negaret stare posse, propter corporis delicti infirmitatem: res disceptata est denuo tàndemque ad Nostrum Ordinem delata, propositis quaestionibus duabus; quarum prima ad illam inprimis objectionem pertineret:

1) *Ob aus der fol. — seq. und fol. — seq. Vol. — beschriebenen Beschaffenheit der, an dem Hirnschädel des verstorbenen Johann Christian Heumanns, entdeckten Verletzungen, in Vergleichung mit dem Zustande, in welchem, Inhalts der Sectionsregistratur und des Wundberichts,*

dessen Leichnam bey der gerichtlichen Aufhebung und Zergliederung gefunden worden, nach Gründen der Heilkunde, mit Zuverlässigkeit angenommen werden könne, daſs diese und insonderheit die fol. — Vol. — und fol. — dict. Vol. unter No. — beschriebenen Verletzungen, von denjenigen Schlägen verursachet worden, welche Inquisit, Johann Gottlob Rönner, gedachtem Heumann, zu der im Art. — fol. — Vol. — erwähnten Zeit, beygebracht hat?

Respondimus hoc modo:

Anlangend die erste Frage. Obwohl 1) *die (I. Bl. — und Bl. — No. —) Beschreibung der Verletzungen des Knochenkopfes, auch nach dem so weit richtigen Urtheil der Zergliederer (I. Bl. —), von der Art und auch von der Beträchtlichkeit sind, daſs sie, weder durch das Anfressen der Thiere, noch viel weniger durch die Fäulniſs, sondern nur allein durch eine plötzlich und stark wirkende Gewalt verursacht werden konnten; und nun diese Gewalt, nach allen in den Acten vorhandenen Gründen, mit der gröſsten Wahrscheinlichkeit, in den von Rönnern angewendeten Mordwerkzeugen zu suchen ist; zumahl da das eine derselben, das Beil, an welchem noch Haare zu sehen gewesen (I. Bl. —), mit dem Nacken, so wie Rönner es geführt (I. Bl. —), in die von den fehlenden Knochen zurückgelassene Oeffnung hineingepaſst hat (I. Bl. —):* 2) *der Inquisit die Heumannen, besonders mit dem Beile, auf den Kopf gegebenen Schläge, so wiederholt und mit so viel Kraft gegeben zu haben eingestanden (I. Bl. —), daſs er den richterlichen Verdacht, der Urheber dieser ihm beygemessenen und aus der Zergliederungsregistratur vorgehaltenen Knochenbrüche zu seyn, selbst nicht zu*

widerlegen vermocht (II. Art. — bis —); sonach also die Kopfknochen, ganz allein durch die mit der Flögelruthe und dann mit dem Beile beygebrachten Schläge, zerschmettert, nachher aber die erlockerten Bruchstücke von Raubthieren völlig abgetrennt und, zum Theil, umhergetragen oder verschleppt worden wären.

Dennoch aber, da 1) in der Uns vorgelegten Frage nicht von dem, was mit der gröſsten Wahrscheinlichkeit angenommen, sondern mit Zuverlässigkeit und apodictischer Gewiſsheit behauptet werden kann, die Rede ist; und eine solche uneingeschränkte Behauptung, wenigstens in sofern bedenklich fällt, als sich doch sonst noch mancherley Ursachen denken lassen, welche auf den, beynahe drey Wochen in dem Holze gelegenen Körper, gewaltsam wirken und den Kopf zertrümmern konnten; wie z. B. Tritte von Pferden, Ochsen und andern schwerfälligen Thieren, ein hingeworfener Stein u. d. g. und nun wegen der gänzlichen Zerstöhrung des Kopfes, aus der Beschaffenheit der Knochenbrüche, welche nahmentlich durch mörderische Gewaltthätigkeit entstanden waren, nicht deutlich genug erhellte, mithin der apodictische Ausspruch der Zergliederer, in Rücksicht des ganz unstreitig mangelhaften Corporis delicti, nicht gehörig begründet ist; und, anlangend das Einpassen des Beiles, der daraus, wiewohl sehr wahrscheinlich, zu folgernde Schluſs: daſs die Vertiefung von den einwärts zerschlagenen Knochen herrührte: doch mit völliger Gewiſsheit deshalb nicht zu verbürgen wäre, weil, solchenfalls, die Bruchstücke, anstatt zu fehlen, in der Tiefe dieser Oeffnung gefunden werden muſsten: daſs sie aber vorher einwärts geschlagen gewesen und nachher zum Theil verschleppt worden waren,

abermahls nur höchst wahrscheinlich, nicht aber apodictisch gewifs ist: 2) der Inquisit die mehrerwähnten Verletzungen, als von ihm zugefügt, weder in dem summarischen, noch in dem articulirten Verhör (I. Bl. — Art. —) anerkannt hat, auch sie, ungeachtet der deutlichen Benennung und Beschreibung der dabey interessirten Theile, unmöglich anerkennen konnte.

So urtheilen Wir:

Es könne aus der fol. — seq. und fol. — seq. Vol. — beschriebenen Beschaffenheit der an dem Hirnschädel des verstorbenen Johann Christian Heumann entdeckten Verletzungen, in Vergleichung mit dem Zustande, in welchem, Inhalts der Sectionsregistratur und des Wundberichts, dessen Leichnam bey der gerichtlichen Aufhebung und Zergliederung gefunden worden, nach Gründen der Heilkunde, zwar mit der gröfsten Wahrscheinlichkeit, nicht aber mit Zuverlässigkeit angenommen werden, dafs diese und insonderheit die fol. — Vol. — und fol. — dict. Vol. unter No. — beschriebenen Verletzungen, von denjenigen Schlägen verursachet worden, welche Inquisit, Johann Gottlob Rönner, gedachtem Heumann, zu der im Art. — fol. — Vol. — erwähnten Zeit, beygebracht hat.

22.

AN COLLEGIIS MEDICORUM NON LICEAT ULTRA CORPUS DELICTI PRONUNTIARE?

1803.

Etsi vehementer alienus sum ab opinione Polycarpi Leyseri, ad constituendum, in causa homicidii, culpae ac poenae modum, nihil opus esse ajentis publica cadaveris disquisitione; utpote quae, si quidem, confesso jam et convicto reo, haud dubia sit occidendi voluntas, tum ipsa occisio per hominis occisi mortem instrumentique laedentis formam et efficientiam appareat, tenebras potius quam lumen afferre possit: tamen hanc mihi, homini jurisscientiae litteris minime instructo, veniam concedi posse arbitror, ut mihi liceat mirari, quid sit quod collegiis medicorum hic, in his rebus, quasi limes ac terminus positus sit, ut non ultra id, quam quod in cadavere deprehensum fuerit, progrediantur et, si quando vel interfectoris confessionem, vel testium fidem respiciant, illudque corpus delicti rationibus et factis e media medicina petitis illustrent ac confirment, judices nec ad sententiam eorum accedant, et eam, quasi vitiosam atque a norma et regula aberrantem, reprehendant. Cum his, quandoquidem legum consuetudinem ac necessitatem afferunt, nulla nunc mihi contentio est. Sed vereor ne ipsi legum auctores et interpretes, duarum rerum maxime disparium comparatione, publici dissecatoris munus, cum auctoritate confundant et officio collegiorum medicorum. Nam illud quidem vel ma-

ximo continetur et absolvitur testimonio, dato per cadaveris caeterarumque rerum in sensus incurrentium descriptionem: hoc autem multo latius patet et omnino ad causam mortis eruendam declarandamque adhibetur. Est igitur tanta differentia, quanta testis, et judicis. Nunc etiam testi licet judicare, sed tantummodo ex re testata per ipsum: judici autem ex universae causae informatione. Igitur quoniam judicum munere quodam fungimur, et ab iis, qui propria et forensi significatione judices sunt, consultores et arbitri advocamur: debemus profecto non ea tantum illatae necis vestigia persequi, quae in ipso corpore delicti apparent, sed, ubi hoc ad pronuntiandum non satis materiae habet, caetera quoque indagare et proferre, quae vel in rei, vel in testium verbis, tum in locorum atque temporum rationibus, posita deprehenduntur.

Atque si decreta nostra ad unum corpus delicti referenda sunt: cur non statim hoc invento, nec ante a nobis, quam tota instructa causa est, sententia rogatur? Cur commentarii actorum integri et omnibus partibus absoluti ad nos mittuntur; etiam hac plerumque praemissa rogandi formula: ut, quid, secundum eos de causa mortis statuendum sit, definiamus? Cur duplex nonnunquam quaestio nobis proponitur: altera ex corpore delicti, altera ex caeteris argumentis dijudicanda? Non debet dubitari, quin haec omnia sapienter a judicibus et hoc perspicuo consilio fiant, ut collegia medicorum, praeterquam quod de vulnerum gravitate aestimant, etiam alia facti indicia, quoad illa principiis physiologiae manifestantur, colligant atque expendant. Quae si quis dicat nihil ad nos attinere, aut, in quantulacunque corporis delicti obscuritate, a legibus fidem non habere: minime

repugno; nam contra leges niti abhorret a modestia. Illud tamen magna sponsione affirmo, tali modo ne veneficis quidem et sicariis, in aperto facinore deprehensis, excusationem defuturam esse, per quam ex crimine et poena elabantur.

At ne quis haec ideo a me disputari credat, ut descriptioni cadaveris minor, quam par est, debeatur auctoritas: quibus sententia mea conditionibus adstricta sit, nunc exponendum.

I. Est genus quoddam violentiae, quod aut nullas interdum, aut non satis certas et luculentas in corpore emortuo, notas relinquit. Ut permulta venena, praesertim ex genere eorum, quae non corrodendo et inflammando, sed nervos opprimendo ac stupefaciendo necant, signis in sensus incurrentibus, vix, ac ne vix quidem, in cadavere dignoscuntur. In ejusmodi veneficio, dummodo judices reum confitentem habeant, mors est pro corpore delicti: mortem vero, eamque non fortuitam, sed necessariam testatur et probat veneni dati vis atque potentia. Nunc, quoniam judices de mortis ratione decernere non audent, si collegiis medicorum haud licet ultra res a dissecatore visas et repertas pronuntiare: nulla certior impunitas est, quam veneficii. Perinde, cum infans suffocatus fuit continuo post partum, et sic, ut prima aëris aspiratio interciperetur, ejus rei effecta in cadavere vix unquam talia se produnt, quae de corpore delicti non tantum dubitationis relinquant, quantum defensoribus necessarium est ad calumniam juris. Verumtamen ubi rea, de consilio et facto atque adeo de morte suis manibus illata suisque oculis comperta, libere confitetur; tum in cadavere signa suppetunt, quae hoc mortis genus omnino jubeant suspicari; neque aut infirmitas infantis et morbus, aut sanguinis

profusio manifesta, aut alia pereundi ratio probabilis obstat: pro medicinae nimirum modo, certum est, infantem ademto spiritu exanimatum fuisse.

Sed videte, quam nos illo corpore delicti premant et urgeant defensores; adeo ut, quae nobis maxime certa sunt, ea dubia facere, inviti et nostris ingratiis cogamur. Puella agrestis, rea infanticidii de crimine ita non diffitebatur, ut diceret atque per omnes interrogationes repeteret, se infanti cum recens esset a partu, manibus maxilla inferiore ejus innixis et superiorem versus directis, utrumque aëris aditum, os et nasum, tamdiu clausum tenuisse, donec animam amisisset, deinde eum exanimatum in terram projecisse et postero die in horto defodisse. Jam etsi hanc reae confessionem cadaveris disquisitio hactenus confirmabat, ut maxilla inferior luxata et in superiorem intrusa esset, tum vasa cerebri ubique multo sanguine inflata reperirentur: tamen cum Gravissimus Ordo Medicorum Vitebergensis, his rationibus omnibus junctim ponderatis, de infante suffocato decrevisset: defensor in eo a corpore delicti discessum esse objecit, et talem sententiam a Nobis expoposcit, quae, omissis argumentis omnibus extra cadaveris descriptionem positis, hanc unam respectaret. Igitur ad quaestionem Nobis propositam dubitanter respondimus. Etenim fieri potuerat, ut infans vel sanguinis profusione, vel, in terram prolapsus, fracto cranio, scilicet rima in ossibus bregmatis conspiciebatur, vel, quod defensor magis volebat, neglectu curae, vita privaretur. Sed tamen horum nihil reae narratione probabatur: ergo ne, quod sane facturi eramus, si liberum nec ad corpus delicti adstrictum judicium nostrum fuisset, veram mortis causam asseveranter afferremus, illae nos defensoris argutiae impediebant.

II. Multis modis contingere potest, ut cadaveris per longum tempus absconditi integritas amittatur: v. g. corruptione vel animalium laniatu: cujus generis exemplum nuper relatum est in vicesima prolusione. Largiter peccabat dissecator, qui, cum vix sceleton, nedum corpus humanum superesset, nihilo minus in cranio fracto necis rationem perspicuam putaret: et proinde, quemadmodum lectores ex illa scriptiuncula meminerunt, de hac probatione simpliciter negavimus. Sed quae in cadavere, quantumvis mutilo, inventa fuerant, cum interfectoris confessione prorsus congruebant; quippe qui disertis verbis iteraret atque repeteret, se fustem occipiti summa adhibita vi impegisse, deinde fabrum lignarium hinc jam semianimem, tergo securis confecisse. Ergo talem violentiam adhibuerat, quam, si morte carere posse diceres, simile esset, atque si hoc in dubium vocares, abscisso capite vitam abrumpi.

Quae cum ita essent, judices primae quaestioni, quae ad corpus delicti spectabat, hanc alteram adjunxerunt:

Ob nach Gründen der Heilkunde mit Zuverlässigkeit angenommen werden könne, daſs Johann Christian Heumann an den ihm von Johann Gottlob Rönnern zugefügten Verletzungen ums Leben gekommen sey?

Et cum per hanc quaestionem liberiori judicio locus daretur: respondimus sic, ut illam tantillam lacunam corporis delicti caeteris affirmandi argumentis impleremus.

Anlangend die andere Frage. Obwohl aus den Erörterungen der ersten Frage so viel her–

vorgehet, daſs die in der gerichtlichen Zergliederung beschriebenen Knochenbrüche, für die sonst noch so begründete Thatsache; daſs der Inquisit Heumannen ermordet: kein deutliches und zu dem medicinischen Beweis hinreichendes Corpus delicti darbieten; also, dem ersten Anblicke nach, vielleicht diese Thatsache nun überhaupt zweifelhaft werden, hingegen das, was der Vertheidiger dieſsfalls von einer nicht schlechterdings tödtlichen Verletzung angeführt (II. Bl. —), desto mehr Anschein gewinnen möchte.

Dennoch aber, da 1) die Heumännen von dem Inquisiten, nach dessen selbsteigener Beschreibung, theils mit der Flögelruthe, theils mit dem Nacken des Beiles beygebrachten Schläge, zumahl wenn sie, wie, Rönners Geständnisse ungerechnet, aus dem Zerspringen der erstern und aus dem augenblicklichen Hinstürzen des Verletzten, abzunehmen ist, mit der gröſsten Gewalt zugefügt und mehrmahls wiederholt wurden, schon allein durch die Erschütterung des Gehirns, wie vielmehr durch die ganz unfehlbaren Knochenbrüche und durch die Ergieſsungen der verwundeten Gefäſse, tödten konnten und muſsten; mithin auch, sofern der Inquisit eine Thätlichkeit ausgeübt und bekannt hat, welche, ihrer Beschaffenheit und ihrem Grade nach, also nothwendig und unbedingt tödtend war; die Mangelhaftigkeit des Corporis delicti der medicinischen Gewiſsheit hier keinen Abbruch thut: 2) damit zugleich die von dem Vertheidiger versuchten Einwendungen gegen die unbedingte Tödtlichkeit jener Verletzungen von selbst erledigt werden, also, auch von dieser Seite, dagegen, daſs Heumann von Rönnern durchaus unheilbar verletzt, folglich ermordet worden, möchte er auch bey Rönners Weggehen noch gelebt haben (II. B. — —),

kein statthafter und in der forensischen Medicin gültiger Zweifel aufzubringen ist:

So urtheilen Wir:

Es könne, nach Gründen der Heilkunde, mit Zuverlässigkeit angenommen werden, daſs Johann Christian Heumann an den von Johann Gottlob Rönnern zugefügten Verletzungen ums Leben gekommen sey.

23.

DE VENEFICIO, INPRIMIS PER ARSENICUM, PARADOXA QUAEDAM.

1804

Vereor ego, ne quid, in scriptiunculae hujus indice, offensionis habeant paradoxa; tum a mutato, per usum recentiorem, significatu vocabuli, tum quia in dies magis augetur et insolentius se effert incredibilis illa quaedam multorum temeritas et arrogantia, qui, praepotentis ingenii scilicet instinctu et impetu quodam, in sanam rationem et communem hominum experientiam intelligentiamque audacter et aperte invehuntur, sententiasque inauditas ac monstrosas, ingenti atque horrisono verborum flumine, in omne genus litterarum effundunt: sic, ut nonnunquam dubitari possit, doctorum hominum effata haec sint, an deliria furiosorum. Itaque praemoneo lectores, paradoxa mihi nihil esse aliud, quam decreta probabilia contra vulgaris opinionis tenorem proposita, veluti remedia quaedam errorum. Errores autem, quibus, per haec nostra, subvenire instituimus, jurisconsultis potius, quam medicis, sunt metuendi.

I. Quantulumcunque arsenici sumtum fuerit, si homo nunc expers morbi illico graviter laborat et moritur: causa mortis luculenta est. Quod defensores id unice agunt, ut ingesti arsenici exiguitatem demonstrent, non miror. Habet enim, primo adspectu, multum momenti ad culpae amotionem, si probabiliter computes, vix granulum ventri-

culo illatum fuisse. Tanto magis providebunt judices, ne per hujus argumenti fallaciam (tametsi plus in eo erroris arbitror inesse, quam fraudis), ad impunitatis favorem se, vel inscios, abduci patiantur. Namque totum alienum est a veritate, quod in hac causa perperam sumitur, ut certum et ratum, arsenici lethalitatem ex ponderis ratione posse aestimari: quippe in hoc ipso, quod vel a tantula arenula periculum imminet, cum maxime cernitur pestis huic veneno insita et propria. Quae simul atque ventriculum ingressa est, quem, totius corporis quasi vigilem, acerrimo sensu praeditum esse voluit naturae auctor, nervos hinc et cerebrum, mortifero suo afflatu, tam atrociter infestat, ut statim exoriantur miseri spasmorum inflammationumque conatus et impetus; inter quos, nisi auxilium in promptu est, ipsa vitalis anima suffocatur et extinguitur. Sic debet intelligi, ut arsenicum vim suam protinus in nervos effundat: ideoque in sphacelo non moriendi causa est, sed interioris illius et reconditae affectionis externum vestigium quoddam ac signum. Quapropter dubito, an nihil fundamenti habeat illa a pathologis tradita venenorum divisio, per quam ad corrodentium genus arsenicum retulerunt. Etenim ne narcotica quidem, quae his opponunt tanquam genera contraria, inflammatione aut sphacelo carent. Ergo hactenus utraque et rodunt, et nervos petunt. Verior mihi videtur differentia haec esse, ut narcotica spiritum vitalem suffundant et opprimant, concitando quidem et inebriando cerebro; ista vero acriora et potentiora, ad quae, cum arsenico, universum fossilium venenorum, etiam saturninorum, genus refero, illum corrumpant deleantque. Jam in narcoticis manifesto habet periculi magnitudo, ad veneni pondus, propor-

N 2

tionem comparationemque. Nam pro majore vel minore copia aut penitus opprimunt, aut tantum supprimunt vim vitalem; quae suppressa quidem emergere potest, oppressa autem nullo pacto resuscitatur. Contra hoc se habet in arsenico (nam de caeteris fossilibus non aeque affirmo), quod, in summa exiguitate, brevissimo tempore funestum est; si quidem ejus labes, per nervorum tractus, ad intimum vitae sacrarium propagatur. Et quemadmodum, ut hoc utar, contusiones, ictus et instrumenti violentia aestimantur, vulnera autem una partis laesae dignitate; (scilicet nihil interest, lente sicarius, an impetuose, cultello an gladio, venam jugularem discisserit); sic narcotica per majorem copiam nocent; arsenicum vero, sine ponderis respectu, per nervorum nimirum aggressionem. Vereor tamen, ut similitudo haec perinde pateat lectoribus, atque mihi eam cogitanti.

Igitur ut redeam ad propositum, in arsenici pondere, quantum ad lethalitatem, nihil constans et perpetuum est. Nam ubi ventriculus, sive per suum quendam stuporem, sive per humorum glutinosorum viscositatem, ad hujus stimuli acrimoniam hebescit, aut multum lactis continuo vel olei superbibitum est, et vomitus cietur cum veneni levamine ac liberatione: non magis mirum, quempiam cum drachma integra e discrimine evadere, quam alios a parvissima molecula, qualem vix oculis cernere queas, enecari. Quid quod relatum legimus a testibus idoneis, in his nuper a Metzgero, arsenicum ne ventriculo quidem immissum, sed explorandi saporis causa libatum, mortem attulisse. Quae cum ita sint, Hufelandus, ad cujus auctoritatem passim a defensoribus provocatum vidimus, in libro, quem scripsit de vitae tuendae arte, non sic interpretandus est, ut arsenici grana

aliquot ad perniciem necessaria sint, sed ut abunde sufficiant. Neque hoc ille scripserit pro norma medicinae forensis.

II. QUI ARSENICO OCCULTE DATO MORITUR, NECESSARIA MORTE PERIISSE EXISTIMANDUS EST. Etenim usurpata illa scriptoribus medicinae forensis differentia, lethalitatis necessariae et fortuitae, cum omnino ad veneficium occultum nequit accommodari, tum omnium minime ad arsenicum. Quod ubi praebitum esset aperte ac violenter, ut apposito ad pectus mucrone pugionis, quale quid in his terris nemo facile inaudierit: auxilio tamen locus relinqueretur, dummodo ad id flagitandum non defutura esset libertas commoditasque. In veneficio dissimulato autem, per facti obscuritatem, remediis mora infertur; atque mora latentem pestis saevitiam ita praemunit et firmat, ut posthac, amissa temporis opportunitate, nulla medicorum arte comprimi possit ac superari. Symptomata enim, quae miseris oboriuntur, praesertim initio, nullam illius perspicuam significationem habent. Et nemo, quantumvis cautus et meticulosus, adeo vivit cum perpetua veneni suspicione ac formidine, ut, si quando torminibus cum vomitu paullo gravius afficiatur, continuo arsenicum exclamet. Jam lethalitas fortuita non est, nisi laesionum earum, quae sanationem admittunt: sanatio vero aeque non praestatur sine remediis, atque haec non expetuntur nullo animadverso incommodo et periculo. Ergo quia, per insidiosam veneni occultationem, consulto provisum erat id ipsum, ne posset provideri: mortem inevitabilem esse, quotusquisque non videt? Si viatori per sylvam meanti latro venam incidat non maximam, qualem etiam tonsores continere didicerint; deinde illum, ore obstructo et revinctis post tergum manibus,

arbori alligatum relinquat: an non summae dementiae foret, reum excusatione tueri fortuitae lethalitatis? Itaque graviter errant, qui culpam ex unis rebus in cadavere visis et repertis metiuntur. Atque ut haec mensura legibus praescripta sit: nihilo magis eam probamus. Etenim de mortis ratione non ex sola plagae, aut inflammationis et sphaceli, magnitudine aestimatur, sed omnino ex laesi statu et conditione: et quae in his mortem adjuvabant ac perficiebant, ea, si quidem reus cognoverat et necandi consilio admiserat, vel instruxerat, manifesto pertinent ad universum homicidii apparatum; etiamsi non sunt in cadavere, sed in actorum commentariis consignata. Vt in superiori exemplo vulnus, in sese, periculo carebat illud quidem, sed omnes totius facinoris partes junctim sumtae mortem necessariam efficiebant. Quae cum ita sint, ista vulgaris excusatio, pro veneficio fraudulento, vix a defensoribus afferenda est, nedum a judicibus accipienda. Namque non satis est ad lethalitatem fortuitam, medendi artem remediis non carere; sed debet fortuitum esse etiam hoc, quod nulla quaesita et ministrata fuerant. Quorum usus sive per violentiam, sive per fraudem prohibitus fuerit; inopia auxilii et proinde mors quoque non ad casum est, sed ad dolum referenda.

III. Cum arsenicum occulte datum esse, certo constat per confessionem ac testimonia, etiamsi aliqua, in corpore delicti ambiguitas est, causa mortis idcirco non dubia redditur. Nam corpore delicti aliter utimur ad probandam veneni suspicionem, aliter, hac jam probata, ad illius demonstrandam vim efficientiamque. Illic, an ingestum fuerit, quaeritur: hic an valuerit ad mortem. Primum genus multas cautiones habet, desideratque 1) arsenici

reliquias adspectu et odoratu, tum omnibus chemiae artificiis, exploratas; 2) symptomatum ac 3) laesionum evidentiam, omnemque aliam corporis delicti perfectionem absolutionemque: ne quis innocens in tanti sceleris infamiam adducatur. Illius vero curae ac diligentiae, in altero quidem genere, magna pars detrahitur per confessionem: quam tamen non inanem ac nudam volumus, sed testimoniorum aliarumque rerum momentis illustratam et confirmatam. Cum hac enim, pro corpore delicti, haud multo plus requiritur, quam ut pateat, veneno hominem interiisse. Credo ego fore plerosque, inprimis jurisconsultos, qui tantum, in re tam gravi, confessioni dicant non tribui oportere. Sed itero ac repeto: perspicuam illam sumimus et cum caeteris rationibus congruam. Atque si tamen metus est, ne quis, taedio vitae, sibi crimen ingerat ipse: non deerunt medici, qui statum mentis dubium inquirant. Nemo enim sanus, mortis appetitione, extremum supplicium desiderat.

Jam vero lubet illa tria, pro corpore delicti, a medicinae forensis auctoribus requisita, singulatim persequi, ut quantum de quoque huic generi aptum sit, perspiciatur.

1. Arsenico a dissecatoribus invento vix arbitror esse opus; quippe de hoc jam liquet aliunde: dummodo illius effecta, in corpore vivo et mortuo, perspicue apparuerunt. Atque illud persaepe non detegitur; quamvis diligenter excusso ventriculo: sive quod in intimis ejus plicis et recessibus latet; sive quod vasis et nervis insinuatum est, aut cum caeteris humoribus confusum jam emanavit. Interdum exiguitas observationem impedit: nonnunquam, per medicorum publicorum inscitiam et festinationem, absconditum et invisum illud manet; praesertim cum, ultra

combustionem et odorem allii, nihil norunt, neque ammoniaca cupri, aut saltem aqua calcis fervente, uti didicerunt. Si quis dicat, per haec illorum peccata, confessionem tanto magis improbabilem effici: huic paullo ante est responsum. Quoad enim ambigua adhuc veneni suspicio est: datum illud fuisse probare judicis est: illa vero jam eruta et declarata, non datum fuisse, nimirum defensoris. Atqui fuisse datum, ex cadavere demonstratur: non datum fuisse haud itidem. Licet enim in ventriculo non reperiatur: idcirco non falsa est iterata et rei, et aliorum affirmatio. Caeterum miror, quid, in hoc genere occisionis, pro corpore delicti, arsenicum magis necessarium existimetur, quam, in lethali vulneratione, gladius: propter quem amotum nemo de mortis necessitate dubitabit. Sed vero toxicon non magis est instrumentum necis, quam gladius. Itaque cur difficilius credatur confitenti de arsenico, quam de gladio? Num ideo, quod confessioni fidem facit ipsum vulnus? Nempe igitur non perinde fidem illi faciat ventriculus inflammatus et arrosus? Aut, si hunc ab aliis morbis similiter mutari dicas: quis, ante arsenicum, morbus adfuit? Nullus. Quibus indiciis se prodidit? Nullis. Etenim hominem ponimus bene valentem. Ergo reliquum est, ut aut antea latuerit, quod dicere de inflammatione ineptum est; aut nunc subito irruerit, nullo vitio veneni; quod magis quoque repugnat. Nam hoc modo, etiam in vulnere arteriae carotidis, quanquam confesso et convicto sicario, quia gladius non habetur, incertum sit, externa violentia illud, an forte rupto, inter gladii contactum, aneurismate, extiterit.

2. Symptomatum, quae ab arsenico concitantur, infinitam multitudinem ac varietatem pathologi con-

gesserunt. Horum auctoritate defensores sic plerumque utuntur, ut, cum illa non omnia in moriente animadversa fuerunt, corpus delicti rejiciant ut mancum et imperfectum: proinde ac si, quae passim et in singulis eveniunt, in unoquoque occurrere deberent universa. Nam alii in lipothymiam incidunt; alii in delirium, quod propius abest a furore: alii nervorum distentione agitantur: aliquos nihil hujusmodi male habet. Unum hoc commune est: tormina cum vomitu. Neque, veneficio jam aliunde cognito, ad illustrandam mortis causam, amplius quicquam de hoc genere postulatur. Longe aliter est in accusatione dubia, quae, ut ad justam persuasionem confirmetur, nullo symptomatum indicio carere debet.

3. Similiter nihil est, quod quisquam aut tam a medicinae usu forensi alienus sit, aut, in tuenda causa desperata, tam callidus orator, qui, nisi mutationes ac laesiones omnes, quibus unquam se arsenici pestis manifestavit, omnes ac singulae, in descriptione cadaveris, commemoratae et annotatae reperiantur, corpus delicti audacter impugnet. Etenim ne de his quidem definite quicquam constitutum est: quippe in diversis cadaveribus diversa observantur. Igitur, si ab arrosa et inflammata tunica villosa discesseris, reliqua omnia, ut maculae lividae, putredo, abdominis aliarumve partium tumida inflatio, salvo corpore delicti abesse possunt.

IV. Cerebrum investigare, post detectam arsenici perniciem, vel propter corpus delicti, haud opus est. Attamen medicis publicis id nullo pacto censeo esse omittendum; ne aut ipsi in reprehensionem, aut judices in aliquam difficultatem incurrant. Etenim saepe vidi hoc argumento a deprecatoribus ita pugnatum esse, ut legum constantia vacillaret.

Quanquam nihil illo effici potest inanius. Quid enim mortis causam in capite quaeramus, ea jam deprehensa in ventriculo, ipsisque oculis ac digitis contrectata? At, inquiunt illi, fieri tamen poterat, ut homo apoplexia moriretur; cujus vestigia in cerebro debebant indagari. Non dubito, quin, sicuti moribundis plerisque, ita etiam his, qui arsenico intereunt, tale aliquid superveniat. Igitur esto mortuus apoplexia. Sed an nunc minus arsenico? Nam unde illa oboriebatur? Annon ab ipso tandem veneno? Ergo ut manifesta fuisset: quid hoc habiturum erat probationis? Aut an serio nobis persuasum cupitis, inopinatum hoc et subitum mortis genus, mirifico casu quodam, in illam eandem diem fatalem incidisse? Jam vero quam illud absurdum! Homini, cui nunc nihil morbi est, arsenicum datur insidiose. Statim exinde torminibus laborat cum crebro vomitu; atque sic, intra viginti quatuor horas, una et perpetua symptomatum continuatione ac serie, exanimatur. Deprehenduntur in ventriculo arsenici reliquiae. Deprehenduntur inflammationis et sphaceli signa lucu-lenta. Jam fac, insuper in cerebro sanguinem effusum conspici. Num idcirco apoplexiae potius, quam veneno, mortem attribuendam putabimus? Aeque ineptum est inspectione cerebri adeo falli, atque illam praetermissam, quia non fefellerat alios, tam aegre desiderare. Certe medicis nihil istorum credibile feceritis. Sed hic nimirum mos est defensorum, ut, in deprecando homicidio, cum expedire crimen aliter non possunt, in promtu habeant admirabilia: sive in reo insaniam, sive in occiso apoplexiam: quemadmodum fere tragici poëtae, qui, si laborant in fabulae nodo, intervenire jubent aliquem ex machina deum.

Haec ego non criminose scripsi in defensores, quorum ut munus expleatur, studiose omnia ac sollicite conquirenda, imo vero passim etiam gravibus et sonantibus verbis exaggeranda sunt, quae vel ad probandam culpae obscuritatem, vel ad commovendam judicum misericordiam clementiamque ponderis aliquid habere possint. In quo genere difficile profecto est versari sic, ut omnis vitetur offensio. Sed tamen illos rogo, per ejusdem sui muneris fidem ac religionem, ne, ubi confesso ac manifesto sceleri legitima excusatio omnis jam interclusa est, pro argumentis argutias nobis exhibeant; multo minus, cum sicario alicui aut venefico, (dirum et execrabile homicidii genus!) poenae liberationem obtinuerunt per ingeniosam scilicet calumniam juris, hinc velut de praeclaro aliquo facinore ac divino merito glorientur.

24.

DE VENEFICIO PER ARSENICUM OBSERVATIO QUAEDAM.

1805.

Miranti mihi, quid sit, quod, cum primarium regundae civitatis consilium et munus versetur in arcenda ac propellenda audacia et crudelitate hominum sceleratorum, crimen veneficii, quo non potest dubitari, quin nullum aliud aut propter malitiam sit magis exsecrandum, aut propter perniciem vehementius reformidandum, tantam a forma judiciorum spem propositam habeat impunitatis, cum qua magis illud liberum esse metu supplicii, quam nostra vita dirissimae necis periculo carere queat: inprimis haec causa occurrit, quod legum nostrarum latores et interpretes eam in corpore delicti, quod vocant, evidentiam requirunt, quae, pro hoc genere homicidii, locum non invenire videatur. Namque arsenici vis omnis et efficientia cum maxime ventriculi et intestinorum inflammatione ac sphacelo cognoscitur. Enimvero haec, quandoquidem etiam a causis internis accidunt, arsenici pestem non eo modo declarant, ut vulnus aciem ferri: ergo semper dubium videatur, arsenico mortuus perierit, an occulto morbo aliquo.

Sed ejusmodi haec dubitatio est, quae neminem fallere, nedum tenere possit, nisi a physiologiae et pathologiae litteris remotiorem. Quibus ne jurisconsulti carerent: quantum illarum, pro hoc quidem usu, necessarium esset, artis salutaris auctores expromse-

runt, et in formulam ac disciplinam redegerunt medicinae forensis. Cujus aut nulla apud judices auctoritas, aut haec esto, ut in disceptandis criminibus ejus decreta respiciant, neque ab iis ulla se defensorum interpellatione ac lamentatione avocari et dimoveri patiantur. Quod si fecerint, non ita in causa veneficii laborabunt, ut ne tum quidem de necessitate mortis pronunciare audeant, quum, reo confesso et convicto (nam hunc semper nos ponimus), arsenici reliquiae et vestigia in visceribus apparuerunt; multo minus, propter omissam cerebri dissectionem, corpus delicti vitio insigni non carere arbitrabuntur. Nihil enim est, quod dicas, fieri tamen potuisse, ut, qui arsenico confectus crederetur, nulla hujus culpa, fortuito apoplexiae impetu, aut rupto in capite ulcere, occidisset.

Nempe igitur eam demum probationem facti certam esse volunt, quae contrarium, i. e. mortem a veneno sejunctam, ne cogitando quidem admittat. Sed hoc modo nulla certa fuerit factorum probatio. Namque unarum idearum universalium, quas animi nostri speculantur, ultra sensuum humilitatem elati, haec interna et immutabilis necessitas est, per quam excludatur omne contrarium. In rebus autem, quae natura fiunt ac sunt, ecquid adeo necessarium deprehenditur, ut, non esse, repugnet? Quocirca in omni genere causarum nihil tam absurdum est, quod non, adhibita cogitandi licentia, efficere ingenium humanum possit; nec quicquam ita certum et ratum, quin contrario locus relinquatur. Sed eapropter non minus firma, in his, hominum assensio est atque persuasio. Nam per illud admissum contrarium non plus detrahitur demonstrationi certae, quam si de pondere centum librarum granum unum abstuleris. Et quod hanc

demonstrandi rationem, quae istud unum contrarium, licet absurdum, haud impedit, non geometrice, sed moraliter certum dicunt dialectici: id nequaquam sic intelligi debet, ut argumentis illa non certis, sed tantummodo probabilibus, conclusa esse putetur. Igitur nihil prorsus differt hoc moraliter certum a certo geometrico: verisimile autem ab utroque magnis intervallis distat. Haec causa est, quod demonstratio probabilis aliquid quasi lacunae relinquit in mentibus nostris; certa autem (quo nomine, nihil interest), persuasionem plenam efficit et partibus omnibus perfectam.

Ego vero, an in causa veneficii argumentis probabilibus nimis multum tribuam, ex hac narratione, lectores, aestimatote.

Ancilla, ut heram suam, nescio qua de causa, e medio tolleret, arsenici pulverem, qui forte ad necandos mures in promtu erat, insidiose jusculo immiscet parato ex boletis; quippe in quos, suspectos in sese, causa mortis transferretur. Honestissima foemina, quae secunda valetudine utebatur, et minime omnium illa die aliquid morbi habebat, statim ex prandio fatali, doloribus colicis affecta est cum vomitu, quibus intra viginti horas misere periret. In corpore defuncto, quod postridie dissecaretur, summam putredinem atque corruptionem significavit odor cadaverosus, tum magna vis foetidissimae aurae de inciso ventriculo erumpentis: qui ipse graviter inflammatus, etiam passim sphacelo adesus deprehendebatur. In eo duo circiter inerant cochlearia muci paulo tenacioris, permisti sanguine atro et in globulos concreto. Pariter intestinorum tenuium insignis inflammatio inventa est, multo stagnante in vasis cruore.

Venefica immane facinus dissimulatione ita occultavit, ut una mortis culpa in boletis haereret. Itaque massam eductam de ventriculo admodum festinanter medici explorarunt, non densatam illam, chemicorum ritu, et evaporatam, sed incensam tantummodo ac deflagratam. A qua cum sic necessario abesset odor alliatus, propter partem volatilem arsenici non satis evolutam et explicatam: omnis dimissa est veneni opinio.

Latuit igitur sceleratissima mulier, suspicionis ac poenae secura. Quam quis non credat herae, inter miserabiles cruciatus et angores morientis, imagine et recordatione noctes diesque agitatam fuisse, atque tetrum hoc necis genus per omnem vitam abhorruisse? At illa, ne temporis diuturnitate quidem, rediit ad mentem placidiorem. Nam duodecim annos post puellae sibi familiari, quae in famulatu quaestuosiore erat, cum in ejus locum succedere cuperet, placentam subministravit multo saccharo venenato conspersam. Huic tamen, sive sua sagacitate, sive aliorum admonitu, aliquid suboluit, ideoque placentam non degustatam abjecit.

Vix decem elapsis mensibus, itidem ancillae, in quam simile odium simili invidia natum habebat, potionem de avellana Mexicana (*Chocolade*) arsenico permistam dolose apparavit, ignoti hominis opera, in vestibulo, ad camini aditum collocatam cum litteris anonymis; ut hoc scilicet delectamentum ab amica aliqua missum esse crederetur. Insontissima puella, nihil ominata mali, postero mane potionem recalefacit ejusque scutellam unam bibit cum dimidia. Continuo hinc nausea ei oborta est, tum vespera ejusdem diei inter torminum dolores exspiravit; antehac ve-

geto corpore, et hac ipsa die quoque omnis expers morbi et infirmitatis.

Cadaver non carebat perspicuis veneni signis. Quanquam enim abdomen vix molle, nedum expansum ac tumidum reperiebatur, neque inflammatio ventriculi late admodum excurrebat: tamen granula rotunda quaedam ventriculo et intestino duodeno adhaerentia, quae, per fusionem ac solutionem tentata, tum odore alliato quoque, arsenicum proderent, necem veneno illatam comprobarunt.

Etiam nunc rea aliquamdiu se abscondidit. Sed tandem in lucem protractum est immane illud monstrum, quod per tredecim annos latitasset. Nam in hoc tertio veneficio, statim ejus vestigia quaedam indagata fuerunt; quae cum judices persequerentur, omnibus eam argumentis ac testibus, denique ejus ipsius confessione, coarguerunt.

In primo veneficio corpus delicti legitima fide carebat, ob cadaveris dissectionem non publice, sed privatim institutam. Verumtamen judices, cum, etiam in hac parte causae, aliquem respectum esse vellent sententiae Medicorum: ab Ordine Nostro quaesiverunt: an, secundum res in corpore defuncto visas et repertas, de necessitate mortis per arsenicum factae, certo possit pronunciari? Ad quam quaestionem si quis miretur affirmando responsum esse, nullis in cadavere deprehensis veneni reliquiis: desinat mirari, cum perpenderit illud nuper a me dilucide explicatum paradoxon: in causa veneficii occulti, subitam mortem, etiam nullo invento arsenico, dummodo id praebitum fuisse certo constet, nec funesta ejus effecta desint, reo quidem confitente, ad probationem facti omnino valere.

Tertium veneficium (secundum enim abjecta pla-

centa frustratum fuerat), nullo mortis violentae ac necessariae signo destituebatur; adeo ut vix defensoris sermo tantum idoneae dubitationis suppeditaret, quantum ad responsi formam opus esset. Igitur cum, etiam pro hac parte causae, de eadem illa quaestione superius allata, affirmando Noster Ordo decidisset, atque Illustre Scabinorum Lipsiensium Collegium id ratum habuisset: reae, verissimo ejus merito, capitis poena decernebatur. Ab ea tamen liberata est iteratae defensionis argumento hoc, quod, propter omissam cerebri dissectionem, de corpore delicti non satis liqueret. In qua re, ut, quantopere, cum defensore, judices posteriores erraverint, ostenderem, utramque hanc scriptiunculam exaravi.

Responsum nostrum se habebat modo fere tali:

Obwohl I) anlangend die Fellerin insbesondere, 1) es, nach den in der Vertheidigungsschrift (Bl. —) beygebrachten Gründen, beynahe das Ansehen gewinnen will, daſs die Gattung des von der Herselin in die Pilzsuppe eingeschütteten Giftes, nicht genugsam bestimmt, mithin auch, ob und in welchem Grade dasselbe eine tödtliche Wirkung haben können und müssen, nicht zu beurtheilen sey; indem ein Rattenpulver wohl auch aus den Saamen des Krähenaugen-Baumes, also aus einer dem menschlichen Körper nicht so unbedingt, wie der Arsenik, verderblichen Substanz, bestehen konnte; zumahl da die nicht weiſse, sondern gräuliche Farbe des Pulvers (Bl. —), und der in der Feuchtigkeit des Magens ermangelte knoblauchartige Geruch (Bl. —) diesem Zweifel insofern einigen Anschein geben, als die Zergliederer selbst daraus den Schluſs, daſs kein Arsenik darin enthalten war, gezogen; ja überhaupt von Vergiftung gar nichts erwähnt, sondern, nur im

Allgemeinen, den höchsten Grad der Entzündung und des Brandes, als die Ursache des Todes, angegeben haben: 2) Dieser nicht gerichtlich veranstalteten, also auch nicht gerichtlich registrirten, sondern nur zu dem Notariats-Protocoll gegebenen Beschreibung des Fellerischen Leichnams, sollte sie auch sonst, auf irgend eine Weise, den Verdacht einer tödtlichen Vergiftung begründen, dennoch vielleicht die, dieſsfalls von der juristischen Gewiſsheit abhängige, medicinische Gewiſsheit fehlen möchte: II) anlangend die Fickertin insbesondere: 1) das Maaſs des von dieser wirklich verschluckten Arseniks, von dem Vertheidiger (Bl. – —), äuſserst gering gerechnet und bis auf den 7ten, ja wohl gar bis auf den 9ten Theil einer Messerspitze herabgesetzt wird; wirklich auch der, stärker in dem Ueberrest, als in der aus dem Magen genommenen Materie, bemerkte Knoblauchsgeruch (Bl. —) die Voraussetzung, daſs der gröſste Theil des Giftpulvers in dem Topfe zurückgeblieben war, einigermaſsen unterstützt: 2) wenn, nach der angeblichen Behauptung eines bekannten Schriftstellers, zu einer tödtlichen Arsenik-Vergiftung wenigstens 5 Grane erforderlich sind (Bl. —), beynahe die physische Möglichkeit nicht Statt zu finden scheint, daſs der Tod der Fickertin eine Wirkung des geringen Antheils von Arsenik, den sie, etwa in anderthalber Tasse Chocolade, bekommen hatte, gewesen seyn könne: 3) Uebelkeiten und Magenschmerzen ausgenommen, keines von den heftigen Symptomen des Giftreizes in der Fickertin, so wie 4) in dem Leichnam weder ein aufgetriebener Leib, noch in dem Magen, oder in den Gedärmen eine sehr beträchtliche Entzündung, vielweniger die sonst in dergleichen Fällen so häufig vorkommende

Iniquissime hoc comparatum est, quod, cum sancta esse debeant, in civitate, jura vitae atque incolumitatis humanae, nihil a publica vigilantia et animadversione tam securum, nihil, inter media judicia, tam impunitum et inultum praetermittitur, quam temeritas et audacia medicorum spuriorum. Qui, cum, pro incredibili stupore, ad omnem aliam assidui laboris et operis functionem inepti deprehenderentur, in perpetuo veneficio nefandum quaestum sibi atque turpissimae mendicitatis praesidium constituerunt. His salutis humanae non insidiatoribus occultis, sed ereptoribus apertis, quam difficile est crimen inferre! Et quanto etiam difficilius irrogare poenam! Quam mirifice illorum impudentiae, tum vulgi plausus favet, tum illustrium et gratiosorum auctoritas opitulatur! Quam iis, ad omnem medendi, vel potius necandi, libertatem, paratae sunt exceptiones legum! Quam expeditae concessiones et immunitates publice consignatae et exhibitae! Imo vero si, quo tutius ex caede vivant, illo ampliore genere libertatis sibi opus esse intelligunt, quod (ut in utramque partem et pro cujusque lubitu valeat), ambiguo Licentiae verbo, admodum significanter, nominatur: in Germania pas-

sim aliqua extat officina licentiae, artificibus instructa iis, qui ex quovis ligno, etiam stipite et trunco, non Mercurium quidem, sed tamen Aesculapium fabricantur.

In quo calamitosissimo publicae sanitatis statu, si tantum ego agendo et efficiendo valerem, quantum alii desidendo, vel impediendo possunt: brevi futurum esset, ut tota illa empiricorum sentina exhauriretur; colluvie nimirum derivata in aditus ergastulorum. Nam usque adeo non reprimetur haec pestis, donec non maxima legum atque poenarum adhibebitur severitas. Etenim quinque nummorum imperialium solutio non mulcta esse videtur, sed impunitatis pretium quoddam.

Est multorum haec in his rebus tarditas et ignavia, ut ne aliorum quidem agendi contentionem et industriam ferre possint. Hi consideratissimi homines, qui, nisi ipsorum utilitas periclitatur, nihil non paulatim ac pedetentim faciunt, honestissimisque studiis et conatibus reprehensionem festinationis opponunt, non dubito, quin haec mea consilia nimium animosa esse dicant et omnino cogitatu, quam tractatu, faciliora. Sed quae tandem ratio potest impedire, ne malum illud celerrime atque funditus evellatur? Haud una respondent. Nam hic illic obstare necessitatem juris; quae v. g. chirurgis militaribus exauctoratis, saltem externorum morborum curandorum, veniam eripere haud sinat, utpote per leges assertam et, in litteris pro missione traditis, unicuique confirmatam. Deinde alienum fore dicunt a prudentia et humanitate, omnibus expulsis medicis spuriis, miseros pagorum incolas hoc tamen qualicunque auxilio et solatio privare; quandoquidem, in Saxonia, passim intra tertium et quartum milliarium vix unus le-

gitimus reperiatur. Jam quia duplex est illorum disputatio: per haec dua membra eamus singulatim.

Et primum in jure chirurgorum militarium secundi ordinis (nam de primariis laetamur nos potius, quam querimur), magnopere vulgo erratur. Nam quae illis bona cum gratia missis, chirurgiae exercendae potestas concessa est, ea nequaquam sic intelligi debet, ut tentaminibus per colloquia et specimina apud eos in posterum non sit opus; sed ut liberi sint a necessitudine cum collegiis tonsorum et proinde ab impensis, quae, pro accessu ad horum societatem et pro jure magisterii, olim praestabantur. Praestabantur inquam: etenim haec chirurgorum cum tonsoribus communitas omnis nunc dissoluta est, per sapientissimam legem d. XIII. Mart. cIↃIↃCCCII. scriptam et emissam. Similiter etiam clausula illa, in diplomate missionis, interpretanda est. Quae ne latius diducatur, obstat legum caeterarum omnium ratio, per quas militum emeritorum commodis fuit consultum *). Namque immunitas chirurgorum centuriatorum, de qua nunc quaerimus, manifesto sequitur analogiam ac similitudinem communis beneficii, quod pro militiae praemio Saxoniae principes constituerunt. Cujus, vel nunc, abusum omnem sustulit lex in hoc genere palmaris, promulgata anno cIↃIↃCCLXVIII. quippe quae, disertis verbis et nullo admisso discrimine, vetat, ut ne quis, quocunque nomine ac titulo, chirurgiam profiteatur, nisi probatus a trium collegiorum medicinalium aliquo, in cujus *διοίκησιν* quidem sit commigraturus.

---

*) *Generale von* 1738. 1748. *Rescript vom 7ten September* 1765. *Mandat wegen des Dorfhandels* 1767. **Prostant in Codice Augusteo.**

At, dicas, probati sunt illi ex eo jam tum tempore, cum adibant munus, de quo nunc decesserunt; probati a medico, vel chirurgo exercitus primario, et hactenus ab idoneo judice. Verum evidens est ex lege modo allata, testimonium pro munere militari datum ultra militiae forum non posse valere. Et, quod caput rei est, ad quam rem tum probati fuerant illi? Ad chirurgiae non munus, sed tirocinium. Quid vero? Si quis non adeo hebes erat, ut ad suscipiendum tirocinium ineptus perhiberetur: num hoc satis est, quod ei, propter aliquam spem diligentiae ac docilitatis, libera sit, in omne futurum tempus, tantae artis exercendae potestas; nullo illius impletae spei prolato publico documento? Etenim qui haec prima stipendia capiunt, ii, paucis exceptis, omnes tirones sunt, non aetate, sed arte; quippe recentes ex tonstrina et rerum anatomicarum ignari. Ergo si probabiles erant: erant nimirum spe, non facultate. Aut quisquam diffitebitur, fieri potuisse, ut hanc tirocinii spem fallerent, qui, per tot annos, optimorum in schola Dresdana magistrorum praeceptis et exemplis abundassent? Plurimos ego vidi, qui omnes in hoc genere acroases, per decennium et amplius, etiam attente, certe erectis auribus, audirent, plagas quotidie oculis et manibus suis contrectarent, modumque et quasi ductum curationis perpetuo insequerentur; veruntamen vix abscessus incidendi, aut ampliandi vulneris opportunitatem dexteritatemque haberent; ac proinde, in emplastrorum coquendorum et injiciendorum clysmatum operario labore, apud centuriam consenescerent, aut, illius satietate, post impetratam honestam missionem scilicet, chirurgos se audacter profiterentur. Horum impudentiae ita se nuper objecit Noster Ordo, ut eos apud se comparere juberet,

quamvis a lege ac disciplina securos et juris fiducia renitentes; omnibusque imperitis repudiatis, de abusu illius immunitatis deferret ad eos, penes quos est mutare. Nunc demum ista diplomata sensim aboleverunt.

Jam venio ad alterum. Igitur de auxilii inopia in pagis concedo equidem. Verum haec querela per medicorum spuriorum libertatem non sedatur, imo potius augetur. Namque falsum est, quod in hac re plerumque sumitur ut ratum: de medicis spuriis expellendis ante non posse cogitari, quam alio modo medicinae rusticanae provisum fuerit. Nempe, ratione inversa, huic nequit provideri, nisi expulsis illis in totum omnibus. Unde vero pagorum incolae auxilium expetent? A legitimis omnino, qui sedem inter illos ac domicilium collocare non dubitabunt. Etenim si adhuc dubitant: non haec apud omnes causa est, quod urbium commoditates et opulentiam sequuntur; sed quia rude nimirum istud et imperitum vulgus, animos hominum rusticanorum ita praeoccupatos tenet, ut fidem apud eos et auctoritatem vera medicina nequeat invenire. Neque metuendum erit, ne legitimis non suppetat unde vivant; cum intra dimidium milliarium, e. g. in decem vel duodecim pagis, unus omnem ex medicina quaestum certo poterit sperare, quem antehac tot balneatores, tonsores, speculatores urinae atque doctores mirabiles divisum habuissent. Itaque singulis certus ac definitus vicorum numerus et ambitus designetur, quantum unius provisio industriaque complecti possit. Nihil requiritur amplius, ut medicina pagorum habitatoribus promta sit, pariter atque urbium. Ut enim homines, etiam ingenuos et doctos, quorsum velis, allicias, satis est, honesti laboris dignam mercedem iis proponere. Caeterum, ruri vivere in liberali negotio, cur medico aegrius

fuerit, quam praefecto jurisdictionis, vel rerum sacrarum ministro?

Attamen, post medicos academiarum ritu legitimos, doctoribus enim quin jus praecipuum debeatur, dubium non est, praecipue adhibendi erunt chirurgi militares exauctorati; inter quos, cum multis ignaris, nullo non loco ac tempore inveniuntur viri haud contemnenda praediti rerum tum chirurgicarum, tum medicarum scientia, varioque ac multiplici usu exercitati: qui partim doctoribus, etiam praestantioribus, nihil cedunt, praeterquam quod non callent linguam latinam. Quod etsi mendosum et indignum judicatur in doctore; tamen, mea quidem sententia, nihil causae est, cur caeteris, qui ad illius nominis jura et ornamenta non adspirant, jus medendi denegemus. Sed tamen hoc debebunt promissum recipere, ut non in urbibus, quippe medicorum non inopia, sed multitudine, laborantibus, sedem ponunt; sed in vico, aut in oppidulo aliquo, et toti se comparent ad medicinam rusticanam. Deinde optabile perquam est, eos, qui huic se dedant, etiam chirurgiae et arti obstetriciae exercendae aptos deprehendi. Quas disjunctissimas dotes citius, quam in alio quocunque, reperias in chirurgis militaribus, si quidem eorum optimorum delectus habeatur. Iidem quoque hac modica fortunae conditione facilius contenti erunt. Eorum enim plerique a vitae urbanae moribus, sua quadam simplicitate, alieni sunt: alii aedicularum vel praedioli possessione, alii cognatione uxoria, vel hujusmodi vinculo aliquo, ad rurale domicilium alligantur.

Sed hanc ego in hac re legem severe et constanter tenendam esse arbitror, ut nemini hoc medicinae rusticanae jus tribuatur, nisi aut doctori, aut tali, qualem supra descripsimus, in quo scientia par sit

atque in doctore, quamquam non similis litterarum ornatus. Qui vero ad hanc mensuram et regulam probati fuerunt, iis aequum est medendi veniam integram dari, nullis vanis exceptionibus mutilatam et impeditam. Neminem fore arbitror, qui hinc juribus doctorum timeat. Salva sunt hactenus, quod caeteri, illis demum deficientibus, admittuntur, nec in urbibus amplioribus, sed tantummodo in pagis et oppidulis, habitare ac medicinam facere debent.

Quae cum ita sint, non probo consilium eorum, qui, nescio quos medicos subsidiarios et quasi semilegitimos, in pagos induci volunt; hac quidem ancipite conditione, ut tantummodo morborum leviorum curam recipiant; in gravioribus autem, praeterquam urgente periculo, remedia non praescribant protinus, sed cum praefecturae, vel urbis, medico publico studiose communicent, atque hoc inscio et inconsulto nihil quicquam experiantur. Nam hi subsidiarii aut erunt periti, aut imperiti. Si periti: et iniquum est, et ab instituti ratione alienum, eos in alterius arbitrium et imperium dare. Sin imperiti: medicastrorum nomen deponent, inscitiam autem ac temeritatem retinebunt. Ergo reliquum est, ut futuri sint inter peritos et imperitos medii. Sic tamen vereor, ne omnino imperitis habendi sint deteriores. Nihil enim magis noxium est cum in omni genere disciplinarum et artium, tum inprimis in arte salutari, quam illa quaedam legitima mediocritas, nempe admissa per leges et ad sui juris abusum confirmata. Atque num debet sperari, semiperitos hos normam ac praescriptionem famularis officii sui aut intellecturos esse, aut intellectam non transituros? Quibus terminis eos circumscribemus, ne attingant morbos graviores? Qui, si acuti sunt, maxime in principio, si autem chronici,

etiam in progressu, perdifficile a levioribus internoscuntur. Et quantum periculum affert periculi latentis praetermissa observatio animadversioque! Quis, in hac ambiguitate, ne aut imprudentia, aut audacia peccetur, providebit et, cum peccatum est, emendabit? Medici publici? Hi praesto erunt scilicet atque, vocati, propere se dabunt in viam: qui, in urbibus majoribus, medicinae privatae negotiis quaestuosis ita plerumque sunt occupati, ut publico muneri, praeter operas forenses (nam his pretium statutum est), nihil temporis ne intra pomoerium quidem, nedum extra, impendant, in minoribus autem, privati laboris tam exiguam usuram habent, quae publicum, gratuito susceptum, nequeat compensare.

Sed quid multa? Cur enim, in usum rusticanorum, medicinam dimidiam et mancam instituamus, quibus, post ejectos empiricos, non defutura sit tota et integra? Quapropter oro et obtestor vos, legum auctores, latores, emendatores, interpretes, per sanctissimi officii ac muneris vestri religionem, ut tamen tandem aliquando de illa depellenda peste ac pernicie serio cogitetis; quo ars medendi nunc fere inclusa in urbibus totque bonis ac miseris negata, etiam in pagis possit collocari; pro tuenda salute eorum, quorum laboribus, ministeriis et opibus nostrorum omnium vita ac sanitas nititur, rerumque urbanarum adjumenta atque universae reipublicae fundamenta et praesidia continentur.

29.

DE INANIBUS CLEMENTIAE ERGA MEDICOS SPURIOS EXCUSANDAE ARGUMENTIS II.

Ad latores legum et judices.

1807.

Cum nuper postularem et omnino poscerem, ut medici spurii, quandoquidem eorum insolentia contineri alio modo non possit, committerentur in ergastula; haud eram equidem nescius, id alienum esse a ratione atque usu legitimi juris. Sed tanto mihi nunc facilius haec dabitur venia, ut mihi liceat illam legum clementiam non tacite queri ac dolere, sed aperte reprehendere et exagitare; ex qua hoc maximum incommodum ac detrimentum acciderit, ut, dum isti perpetui vitae ac sanitatis humanae vexatores securi vivant a metu poenarum, innumerabilis optimorum civium multitudo ab eorum ne veneficiis quidem ac caedibus tuta satis esse deprehendatur. Sed quoniam, ut poenae non legum, ita leges non aequitatis, modum excedere debent: jam primum videndum hoc est, an quid injustitiae habitura esset illa, quam volumus, in hos nocentissimos homines legum comminatio atque animadversio severior. Qualis etsi haud inaudita est in culpa mortis comperta et manifesta: tamen perraro locum invenit; propter difficilem noxae illatae probationem. Cui si tantillum deficit: vix mulctam dicere audebunt judices; ad summum carceris poenam bimestrem imponent, posthac aut studiosi

deprecatoris oratione depellendam, aut ordinario soluto pretio redimendam. In quo si multum vitii est: non ad judicia, sed ad ipsas leges reprehensionem pertinere, quotusquisque non videt? Enimvero hae aut nullam in hac re emendationem, aut unam hanc admittent, ut audaciae medicorum spuriorum poenam graviorem proponant, non quidem funesti effectus perspicuitate, sed una legis violatione, definitam. Cui ego consilio ut fidem faciam apud jurisconsultos, quorum in his rebus maxime valet auctoritas: salubritatem illius atque omnino necessitatem nunc demonstrabo, singulis expositis meae sententiae argumentis.

I. Probatio culpae, in hoc genere, vix non semper ambigua est: si quidem talem probationem intelligas, quae, vel idea et cogitatione, excludat omne contrarium. Qualem facilius est rogare, quam praestare. Namque nulla tam inepta et perversa medendi ratio est, quae, dummodo non pro remedio venenum exhibitum fuerit, semper ac necessario occidat, et quam non possis aut medicamenti exiguitate, aut morbi statu et magnitudine, aut fortuita reconditae causae accessione, aut omissa praescriptorum observantia, aut denique clari scriptoris alicujus auctoritate et exemplo, defendere ac propugnare. Non enim ita sunt firmae ac stabiles artis salutaris leges, ut, siquis eas ultra citrave, etiam largiter, transierit, is, quanquam insecuta aegri pernicie, legitimo crimine arguatur. Itaque medicorum imperitorum peccata fere semper obscura sunt et occulta; quorum vix conscii sint sibimet ipsi: nedum alius, quantumvis doctus et expertus, illa in lucem protraxerit sic, ut omnis tollatur ambiguitas. Quapropter totus ille in medicina forensi locus: de judicanda vitiosa curatione morborum: mihi quidem videtur, non aliqua scripto-

rum negligentia incultus ac desertus esse, sed, propter suam ipsius inexsuperabilem difficultatem asperitatemque, omnino inaccessus atque desperatus. Igitur quod leges poenam tantae audaciae debitam non admittunt, sine culpae probatione: id simile prorsus est, atque si medicis spuriis certissimam impunitatem declararent.

Duae puellae, eaedemque sorores, epilepsia laborabant, non recenti quidem, sed aliquot annis jam inveterata et confirmata. Harum curationem in se recipit medicaster quidam, homo agrestis, imperitus atque impudens et per mulctam, quam solverat apud judicium haud semel, tanto factus impudentior. Cum aliis medicamentis phosphorum propinavit: audacissimum remedium: cujus tum parandi, tum adhibendi multas et maximas cautiones esse, ne ii quidem dissimulant, qui ejus usum haud plane improbandum esse arbitrantur. Puellae majori nihil hinc magnopere accidit. Minor autem, annum vix egressa tertium decimum, quae, paucorum dierum spatio, emulsionis decem uncias ebibere cogebatur, sive quod nervos delicatiores haberet, sive quod phosphori nimis multum in emulsione inesset, illico gravissime affecta est: vomitu, profusione alvi cruenta, sopore, deglutiendi difficultate, aphonia denique et trismo; adeo ut, flavescente, inter hos cruciatus, cute, paucis diebus post misere exanimaretur. In cadavere plurima occurrebant, quae phosphori vim atque efficientiam perspicue significarent: ut cutis flavo sero decolorata; livor in oesophago; ventriculi et intestinorum inflammatio, illiusque superioris, praecipue in aditu et exitu, erosio. Erant haec profecto ejusmodi, quae non sinerent dubitare, quin puellae mors ex illius medicamenti violentia extitisset. At nihilo magis asseveranter Noster Ordo, apud quem haec res disceptaba-

tur, de necessaria mortis causa potuit pronuntiare; quippe in cujus probatione tamen aliquid lacunae reliquum esse videretur. Nam phosphori usus non sine exceptione prohibitus est; quem, bene subactum et opportune datum, multi nuper, in his Hufelandus, collaudaverint. Deinde quantum illius continuisset emulsio, ex commentariis judicialibus non liquebat; quanquam nimio plus fuisse, probabilem suspicionem faciebant decem unciae, tum symptomatum ratio et atrocitas. Accedebat, quae in his rebus vix unquam impunitati non opitulatur, dissecatorum negligentia, qui materiam inventam in ventriculo non tentaverant per artes chemicas; adeo ut phosphorus neque odore alliato, neque flammea luce proderetur. Atque ita mortis auctor crimine se atque merita poena expedivit.

Alium nuper simili modo liberatum vidimus, qui infantem tenellum, dies natum undeviginti, opio interemerat exhibito ad sedandos spasmos, itemque, incredibile dictu, ad liberandam alvum. Puellus, qui antea dolores acerbos perpetuo ejulatu significaverat, statim post sumtum remedium obdormivit, atque vix duodecim horis elapsis somno oppressus est sempiterno. Jam etsi clarum et apertum erat, infantem partim vi opii soporifera, partim adstricta, hinc inter hos tormiuum conatus, alvo, periisse, adeo ut Nostri Ordinis decretum nullam dubitationem relinqueret: tamen ergastuli poena reus fuit exsolutus.

Opifex quidam, homo iracundus et immitis, suum tyronem verberaverat haud leviter; sic tamen, ut externa violentiae signa nulla invenirentur. Puer, si minus ex verberibus, tamen ex turpitudine hac et opprobrio graviter doluit, imo vero etiam aegrotavit. Nam vomitu, eoque perpetuo et continente, commo-

tus est: accessit febris et faucium dolor, qui anginae inflammatae suspicionem poterat afferre. In promtu erat imperitus tonsor, qui puero pro singulis quibusque incommodis his medicamenta exhibebat: pro vomitu emplastrum imponendum praecordiis; pro aestu febrili pulverem temperantem; pro angina denique, quanquam nullo modo pituitosa, essentiam pimpinellae: caeteroquin nihil necesse putans, aegrum invisere et morbum observare, qui sexto die morte pueri terminabatur. Hanc ineptissimorum remediorum delectu et aptiorum omissione allatam fuisse, tanto probabilior suspicio erat, quod puer neque illo tempore, neque antehac, quicquam morbi habuerat: ictus vero et plagae nullo modo insignes conspiciebantur. Sed quoniam culpa non satis erat luculenta et evidens: crimen a se tanto facilius homo ineptissimus amovit. Cui ejus impunitati jam, vel inscius et imprudens, consulueral medicus publicus, per neglectam corporis mortui dissectionem.

Mulier agrestis, quae et gravior annis, et tenuissimae valetudinis erat, cum laboraret cardialgia aliisque incommodis stomachi, in oppidulo vicino pharmacopolam adiit rogatum, ut sibi medicamen aliquod daret. Hic fidenter, ut illi solent, emeticum exhibet; ex quo gravis et perpetuus mulieri obortus vomitus est, inter cujus angores eo ipso die misera periit. Cadavere inciso et aperto inveniebantur permulta, quae funestam emetici efficientiam declararent: ut vasa capitis interna multo sanguine tumida; serum in ventriculos cerebri effusum; in stomacho, in intestino crasso, etiam in pulmonibus, hic illic inflammatio. Jam poterat quicquam ineptius atque audacius esse, quam imbecillae ac senescenti mulieri emeticum suadere, non quidem ex ipecacuanha, aut squilla,

sed ex antimonio paratum; minime explorata et cognita corporis ac valetudinis conditione? Verumtamen ne huic veneficio quidem, licet apertissimo, merita poena potuit irrogari, propterea quod in probatione mortis necessariae aliquid ambiguitatis superesse putabatur. Nam, ut alia praetermittam, latuerat in duodeno intestino sanguis ad polypi firmitatem concretus; quo sic utebatur defensor, ut in illum et vomitus, et mortis causa derivaretur. Afferebatur etiam hoc, quod mulier, aliquot dies ante obitum suum, nescio quam essentiam mirabilem adhibuisset. Quae, quantumvis levia, tamen eo valebant, ut non mortis, sed tantummodo inflammationis, causam ad emeticum referremus: dubium relinquentes, illa necessario, an fortuito lethalis accidisset.

II. PROBATIO CULPAE, IN HOC GENERE, NON REQUIRITUR AD IRROGANDUM POENAM. In quo loco mihi repetenda est a jurisconsultis illa nobilissimorum philosophorum consensu confirmata differentia criminis et delicti. Igitur crimen (*Verbrechen*) cernitur in jure sive singulorum, sive totius civitatis, laesione tali, quae prohibeatur per legem, adjuncta poenae comminatione; ita ut tum legis, tum poenae ratio insit in arcendae ac depellendae injuriae consilio officioque. A quo delictum (*Polizeyvergehung*) hactenus differt, quod non propter injuriam accusabile judicatur atque animadversione dignum, sed propter unam legis transgressionem; quantumvis absit noxa et nocendi voluntas. Enimvero medicinam spuriam facere non crimen est, sed delictum; in quo respicitur non injuria et noxa, sed neglectum obsequium legis ad constituendam in civitate disciplinam publicam necessariae. Quocirca, ut delictum incommodo ac detrimento caruerit: satis est ad poenam actio ad-

missa contra legem, eaque conjuncta cum periculo, cui per legem prospiciebatur. Attamen differentia criminis, atque delicti non sic intelligi debet, ut rerum contrariarum, in quibus quod sit in una, alteri repugnet. Etenim tandem delicta ipsa quoque crimina sunt: nam praetermissa legis necessariae observantia semper adjunctam habet injuriam tum singulis, tum omnino civitati periculosam. Et, inverso modo, crimina cum delictis hoc habent commune, quod sanctiones poenarum legum sanctionibus continentur. Proinde leges quoque, ad utrumque genus pertinentes, in eo conveniunt, quod civium laesionibus, quoad fieri potest, per eas cavetur; sic quidem, ut in crimine periculum sit ab actione singula quadam cum perspicuo effectu admissa; in delicto autem vel maxime a sola legis violatione.

Ex quibus efficitur, in delictis quidem, nam aliter est in criminibus, poenam non damni, sed periculi magnitudine definiri. Quae cum non in omnibus eadem sit et aequalis: nec par erit omnium punitio. Itaque minus delinquit idemque mulctatur lenius, qui coenum in plateam ejicit, quam qui, dum caminum purgari non curaverat, in urbe metum incendii facit: quippe alterum altero periculosius est. At vero quod, pro hac humana conditione, magis pertimescendum, aut, pro publicae disciplinae cura, diligentius avertendum periculum est, quam mortis nulla neque naturae, neque officii necessitate susceptum, sed ineptissimorum hominum inscitia imprudentiaque comparatum? Igitur poena quoque in medicos spurios statuenda est ejusmodi, quae non careat efficacitate ad tanti periculi provisionem. Atque huic generi nulla magis convenit, quam diuturnior captivitas; utpote, pro tempore, libertatem adimens et, hac restituta,

existimationem; sic tamen ut non infamiae, sed tantummodo inscitiae nota relinquatur; qua insigniti non ita facile in posterum hominum credulorum fiduciam possint defraudare. Quid quod in ipsis criminibus, prout vel detrimenti gravitate, vel majore frequentia et committendi facilitate, magis formidolosa perhibentur, facinoris non effectum, sed periculum leges aestimare solent. Ut cernere licet in lege incendiaria, anno cIↃIↃccxli. promulgata; quae reum de subjecto igne confessum cremari jubet, perinde cum inde accensa fuit una stipula, et cum totum oppidum aliquod deflagravit.

III. Delicta medicorum spuriorum omnia aequalia sunt. Rationem in promtu habemus: quia par est, cum levissimis et maximis, periculum. Quod cum ita se habeat, etiam poenam omnibus parem leges comminari debent; adeo ut nihil caeterum intersit, phosphorum empiricus, an cremorem tartari dederit; agendo, an desidendo, timore an audacia peccaverit. Nam quae in his tolerabiliora ducas, nihilo magis tuta sunt apud hominem expertem scientiae atque consilii. Quapropter vana haec esset atque prorsus rejicienda legum nostrarum excusatio, si diceres, in eum, qui lenioribus medicamentis usus fuerit, etiam lenius esse animadvertendum. Nulla enim medicina lenis est in sese, sed ad morbi statum ac modum. Itaque in typho, praetermissa virium incitatione ac confirmatione, nitrum, vel purgantia salina et antiphlogistica aliaque leniora scilicet praescribere, non minus periculosum est, quam febri ardenti vinum et camphoram omniumque naphtharum stimulos, velut equo furioso calcaria, admovere: et multus me harum rerum usus docuit, plures mortes fieri medicastrorum timidiorum tarditate, quam auda-

ciorum festinatione. Quod praecipue in morbis externis non magis verum quidem, sed magis perspicuum deprehenditur et evidens. Nam quae in hoc genere peccata maxime accidunt capitalia, ea non urendo ac secando, sed vilissimis emplastris balsamisque et omnino auxilii efficacioris mora et negligentia, committuntur.

30.

DE VITA FOETUS NON ANIMATA, QUANTUM AD INFANTICIDIUM.

1809.

Cum multa nuper, e philosophiae atque physiologiae litteris, emendatiora medicinae forensis decreta et saniora extiterunt; tum, in causa infanticidii, hoc jam video jurisconsultorum atque medicorum, si non aperta consensione, tamen tacito concessu, ratum haberi, ut, pulmonibus contractis et, non quidem suo aliquo vitio, sed naturali pondere, subsidentibus in aqua, nulla partus vivi, nedum infanticidii, opinio relinquatur. Sed idcirco illa diu nuper ac multum agitata controversia de probatione mortis per pulmones, ne nunc quidem prorsus conquievit; quae magis per humanitatem ex aliquo tempore videtur intermissa esse, quam, ponderatis utrinque rationibus, diremta et dijudicata. Ego vero nollem verissimum praeceptum illud, quod stare per se suaque veritate et evidentia debebat, vagis et incertis misericordiae et clementiae momentis fluctuare. Igitur, ne quando Zelerus quis denuo hic invadat, totus iste locus medicinae forensis diligenter repetendus est, atque muniendus sic, ut omnis ab eo dubitatio prohibeatur, aperteque eluceat, tantum abesse infanticidii suspicionem a foetu ante primum spiritum extincto, atque ab hoc ipso vitae perfectio absolutioque.

Enimvero hoc ostendi non potest, nisi definitione vitae ad hunc modum constituta, quem etiam

Petro Campero video placuisse, ut vivere, in foetu jam nato, nihil sit aliud, quam spiritum ducere; et proinde ante susceptam hanc in pulmonibus functionem, nemo de partu vivo, ergo nec de infanticidio, audeat cogitare. Et profecto: si satis est ad vitam, quod motus cordis tantillum perrexerat, vel membrorum agitatio aliqua visa fuerat: non est, quod tantopere istos nonnullos reprehendas, qui, quantumvis constanter et per tentamina omnia subsidentibus pulmonibus, non vita, sed aëre caruisse foetum, probari posse asseverarunt. Atque difficilè resistas huic dilemmati, quod in promtu habebant: foetum, cujus vita, ob gravitatem pulmonum, incerta esse perhibeatur, aut vivum esse, aut mortuum; jam, quandoquidem cordis aut membrorum motus aliquis deprehensus fuerit, mortuum illum esse non potuisse: ergo, quoniam inter vitam et mortem nihil medium sit, hoc unum relinqui, ut, sine spiritu, fuerit vivus.

Sed tamen haec argumentatio, quamquam subtiliter conclusa admitti nequit propterea, quia unum vitae nomen in illa significationes duas habet; adeo ut si formaretur in figuram syllogismi, termini quatuor conspicui futuri essent: quo nullum gravius in hoc genere peccatum dialectici norunt. Etenim quod foetus dicitur vivere potuisse sine spiritu, id verum est pro ea vita, quae subsistit in utero. In conclusione autem vita vera intelligitur et una hoc nomine digna; animata illa quidem per primum aëris adflatum, ejusque adspirationibus et exspirationibus alternis corroborata. Atque id ipsum est, quod contendimus: foetum, sine spiritu, etiamsi vel cordis vel membrorum motus aliquis supersit, nullo pacto animatum esse, ergo nec vivum. Qualem etsi nemo dicat mortuum, tamen qui vivum esse affirmant, mani-

festo abutuntur vocabuli ambiguitate. Quod et omnino vitiosum est, et prorsus non ferendum in hac lubrica et perdifficili quaestione. Nam ante primam aurae vitalis inspirationem vix infantis, nedum infanticidii, nomen conveniat. Enimvero haud decet medicos delicta nominibus exaggerare, quae plus arguant, quam positum sit in re; praesertim in hoc genere, in quo maxime valet eorum auctoritas. Qui, si in quacunque alia re discederent a recto usu vocabulorum et forte incestum pro adulterio dicerent, in nullum jurisconsultos errorem adducere possent; quippe alterum quid ab altero discreparet, sine medicis intelligentes. At vero iidem illi dum vel in libris ad usum forensem scriptis, vel in publice exhibendis decretis, mortem foetui ante accessum aëris illatam, infanticidium appellant: judices gravioris nominis offensione in graviorem sententiam non mirum est inclinari. Quod igitur legum nuper in hac re atque judiciorum nimia deprehendebatur severitas, quae parum abesset ab atrocitate: unorum medicorum culpa erat, qui cum Zellero, Bohnio, Heistero, I. E. Hebenstreitio, Kaltschmidio luculentissimum inanimi foetus indicium, pulmones quidem demersos, in reprehensionem adduxerant inanitatis. Horum erroribus, ne dicam fallaciis, interpretes legum eo passim deducti fuerunt, ut illam a priscis perceptam foetus animati, et non animati differentiam, tanquam absurdam et ad aperti criminis effugia inventam, repudiarent. Quod si non miror in Carpzovio, diro illo sagarum comburendarum auctore: in I. H. Boehmero mihi et C. F. Walchio excusationem haud videtur invenire.

Jam vero abhorret ab aequitate et justitia, pari supplicio mulctari ream, quae foetui animato, et quae

non animato, manus violentas admoverit; propterea quod utriusque criminis non par est et una ratio: nisi quis forte in miserrimas mulieres crudelior, pro hoc uno genere, illam a Stoicis, non ad juris humani, sed ad ethices usum inductam, admittere velit peccatorum omnium aequalitatem.

Sed ne cui haec, quam in hac causa teneri volumus vitae animatae, et non animatae differentia aut vana et opinabilis, aut fallax et ad legitimi criminis amotionem excogitata esse videatur: volo nunc illius fundamentum repetere de interiore physiologia; additis rationibus, quae fidem ei pro usu forensi facere possint.

Igitur animari foetum dico, quando in eo animus (quo nomine quid quisque velit intelligere, hic liberum esto), veluti soluto sopore, expergiscitur ad sensum ac motum et ad suimet ipsius conscientiam; ita ut illico recipiat voluntariarum et non voluntariarum facultatum opus et munus. Atque primum hoc incitamentum, in quo prima est vitae perfectioris ingressio, manifesto admovetur per primum spiritum; quem, simulatque foetus in hanc lucem et auram editus est, naturali quadam et coeca appetitione pulmones attrahunt, et, sive proxime, sive tandem, universo corpori impertiunt. Quae cum ita se habeant, ante aëris accessum vita foetus, utpote animo nondum excitato, hactenus animi expers est et proinde non animata. Animatur quidem illa, dum per animam, i. e. per spirabilem auram animus ad suam expromendam vim impellitur. In quo loco observari meretur istorum duorum affinium vocabulorum diversa significatio. Nam animus, usu bene latino, est ipsa sentiens et cogitans natura; anima autem nihil aliud, quam aër purior nobiliorque, cujus adspiratione vita

hominis et inchoatur, et sustinetur. Quod ergo vitam foetus, ante spiritum, negamus animatam esse, sic intelligi debet, ut animus sine impulsu animae, vel, quod idem est, aurae vitalis, sit quasi intermortuus sensuque et actione vacuus.

Quam aëris necessitudinem admirati olim vetustissimi illi vix physici, nedum philosophi, Anaximenes, Pythagoras, Empedocles, Leucippus, Democritus, Heraclitus, ut erant ignari earum litterarum, a quibus haec quaestio aliquid luminis habere posset, ad hanc ineptissimam sententiam delati fuerunt, ut animos in aëre circumvolitare dicerent; unde, per primam inspirationem, nobis nascentibus infunderentur. Quanquam non debet dubitari, quin haec ab iis, qui saniorem philosophiam vel aetate, vel ingenio attigissent, ad quos nescio an non Heraclitum referam, dicta sint, per translationem, vel potius per abusum, vocabulorum. Certe praeter Aristotelem et Ciceronem paucos invenias, qui animi, et animae sive mentis, discrimen (ψυχη, νους) teneant. Illi igitur, si non animum seu mentem, sed animam, i. e. animi primum incitamentum de aëre mutuantur, vere nihil statuunt, quam quod egomet ipse: sin facultatem principem et animi, ut cum schola loquamur, substantiam hoc modo ingenerari volunt: eos jam dimittamus. Tolerabilius desipuerunt, qui divinam naturam per omnia intentam et cum maxime in aëre vigentem, huic disputationi hoc modo adhibuerunt, ut animos humanos de illa, tanquam ex communi animorum fonte, derivarent, et ita coelestem eorum originem declararent. Haec philosophorum somnia licet nihil momenti ad nostram causam afferre queant: tamen vel ideo non praetermittenda erant, quia probant, aëris vim et efficientiam in animando foetu et

in suscitanda ipsius animi ac mentis prima vita et actione, ne illis quidem ignotam fuisse, qui melioris physiologiae praesidiis destituerentur.

Igitur, ut primam partem sermonis mei paucis verbis complectar, foetus, qui spiritum nondum duxit, nullo pacto animatus est, et hominis recens nati neque absolutionem ac praestantiam, neque dignitatem et jura alio modo habet, quam partus ob immaturitatem non legitimus. Quid quod haereditas, jure Germanico, nulla pertinebat ad posthumum, qui suo primo ejulato et clamore cubiculi parietes non attigisset. Sed etiamsi, vel ad rumpendum testamentum, haud necesse videatur, in constituendis vivi partus signis et eruendis multum laborare (nempe hodie satis est obstetricem juratam de calore ac motu, vel promiscue de vita testari): infanticidii crimen legitimum esse nequit, nisi omnibus vitae notis confirmatum.

Mulieri, quae medicamentis partum abegit, hoc crimen non irrogatur. Cur igitur ei, quae foetum laesit et vita privavit non animatum? Quia hoc illo magis facinorosum existimatur? Non dissentio; sed tamen nihilo magis conveniet infanticidii nomen ac poena. At vero, dicat aliquis, ne tunc quidem, cum rea inter moram primae inspirationis, foetum neque caloris, neque motus expertem atque adeo manifesto non mortuum, suffocavit et, ne per aëris accessum animaretur, prohibuit consulto? Hoc parum vel nihil ab infanticidio discrepare haud equidem diffiteor. Sed quibus argumentis de calore ac motu apud judices constabit?

Atque ita jam venio ad alterum, ut perspicuum faciam, nullum foetum pro vivo habendum esse, nisi luculenter appareat, ex probatione per pulmones idonea, qui adjungi debet vasorum plenitudo, tum pe-

ctoris elatio diductioque, illius vitam aëris beneficio animatam fuisse. Namque alia vitae signa nobis contigerunt nulla. Ergo quod paulo ante motus et calor afferebatur: unde foetum illo non caruisse intelligas? Num reae ipsius confessione? Ut mittam, puerperas inter hos tantos angores sensibus persaepe falli, et vero etiam memoria, praesertim in rebus iis, quae spectant ad partum: summae profecto iniquitatis foret, propriae confessioni omnium jurisconsultorum judicio suspectae, in tam ancipite causa, fidem adhibere. Deinde confessio, quamvis vera et integra, factum violentum quam vim in foetu habuerit et mors, necessaria, an fortuita consecutione evenerit, non satis declarat. Poterat enim necandi voluntas et conatus in id ipsum temporis momentum incidere, quo mors naturalis ex virium defectione, ex apoplexia, ex profusione sanguinis, superveniebat: cujusmodi observationes permultae et memorabiles mihi in promtu sunt.

Aut an testium juratorum indicio confessionem confirmabimus? Quorum testium? In partu clandestino et solitario. Ergo tandem superest, ut in corpore infantis mortuo illius vitae scilicet, extra pulmones, vestigia indagemus? Quae autem? Effusiones cruoris? Medicus non sit, qui his non diffidat. Nulla enim in foetu pars est, quae non, etiam in partu facili, ab ossibus pelvis compressa sugillationes accipere queat. De capite ne aniculae quidem ignorant: nec dubium est de membris, et minime omnium de collo, praesertim funiculi laqueis toties impedito. Itaque Hallerus, severior ille caeterum quam clementior, in acroasibus de medicina forensi serio hortatur medicos publicos, ne ex hoc signo de vita foetus pronuntient: affirmans se in numerosissi-

mis cadaveribus infantum ante partum mortuorum, apud quos nulla caedis suspicio locum haberet, tales effusiones deprehendisse. In quibus etiam haec ambiguitas est, quod oriri possunt in foetu jam exanimato, si quidem is a morte recens est et, vel in vasis, aliquae adhuc delitescunt scintillae vigoris vitalis. Quapropter, pulmonibus in aqua subsidentibus, ne tum quidem cruori effuso aliquid tribuendum putaverim, cum plaga, vel os fractum in eodem loco reperiatur.

31.

DE AMENTIA VINOLENTA.

1809.

Non debet dubitari, quin etiam pro vinolentis justa nonnunquam et idonea sit excusatio amentiae; utpote mentis, sive rationis, usu carentibus et nihil non agentibus animo impotenti. Sed cum multas hoc deprecandi genus et maximas cautiones habet, tum videre oportet medicos jurisque consultos, in invenienda ratione criminis et aestimanda culpa ne promiscue illud ac pari ratione ad ebrios, et ad ebriosos pertinere arbitrentur. Quamobrem servanda est ac tenenda illorum trium vocabulorum differentia, quam veteris latinitatis usu ad hunc modum constitutam et declaratam habemus; ut ebrius dicatur, qui nunc potu inebriante gravis est, ebriosus qui eo intemperanter uti assuevit; vinolenti nomen autem utrique conveniat. Igitur potest aliquis ebrius esse, qui idcirco non sit ebriosus; et ebriosus, quandoquidem nunc siccus deprehenditur, pro hoc temporis intervallo tamen, caret ebrietate.

Ebrietas quidem ad amovendum crimen parum, vel nihil argumenti poterit afferre; nisi, quod perraro fieri credas, reo illa caeterum non ebrioso, praeter omnem suam culpam acciderit, sive occulto vitio potionis, sive quod crebrius est, ex corporis infirmitate. Quanquam in his, qui ad potandum viribus non valent, merum vomitu se potius, vel, inter somnum, sudore, solet expedire, aut in nugatoriam

quandam et scurrilem hilaritatem ebullire, quam ad facta violenta inflammari: nisi forte jurgia et contentiones interveniant; a quibus tamen levis haec et imbecilla ebrietas plerumque aliena deprehenditur; adeo, ut, quod passim cernere licet in prandiis solemnibus, etiam collegarum, quorum plerumque fraterna, i. e. rara gratia est, inter scyphos, illa quaedam vinolenta caritas effervescat, in ardentissimos complexus cum alterna osculatione. Ratio, quamobrem ebrietas alioquin veniam haud facile consequatur, verbis vix eget. Nam licet illa nunc expers sit liberae voluntatis: tamen, quoniam accidit peccati voluntarii praegressione, si quid delicti admiserat, id ipsum quoque voluntarium judicatur. Et, quod caput rei est, quorum ebrietas iracunda est et insaniae propior, ii plerique omnes esse solent ebriosi.

His posterioribus, licet graviori vitio laborantibus, aptior saepe, quam illis, est amentiae venia et apud peritos intelligentesque harum rerum paratior; praesertim si probatum est, maleficii vel consilium, vel ipsum actum, in tale tempus incidisse, quo reus parum potasset et proinde esset extra ebrietatem. In quo loco, ne quid a nobis absurde dici videatur, animadvertendum hoc primum est, non omnes ebriosos tales evasisse sua culpa et perpetuae peccato ebrietatis. Multi enim potionibus fervidis assueverant a prima pueritia et paulatim; ita, ut, nisi quotidianae immoderationis modum largiter excedant, haud inebrientur. Pro his, quia vitium non sua voluntate contraxerunt, maxima pars diluitur accusationis. Sed eorundem, ut rara fit ebrietas, semper acris et vehemens natura est, ob sanguinis aestum et perpetuam agitationem intensionemque nervorum. Unde sensim existit morbosa illa quaedam ferocitas, quae nunc ad

levissimas causas subito exardescit cum audacia et crudelitate; nunc, impatiens rerum adversarum et inprimis domesticarum, inter occultos angores solicitudinesque, totius fortunae ac vitae desperatione, nisi per severiorem ergastuli disciplinam contineatur, tandem in rapinas, caedes, seditiones, incendia erumpit. Talem ebriosum ego, etiam deterrimi sceleris reum, non puniendum esse arbitror, sed castigandum et coërcendum. Illa enim animi acrimonia impotentiaque, propterea quod manifesto morbosa est, amentiae venia nequit privari; quae profecto huic generi non minus, quam delirio febrili debeatur. Qua de re non audiendi sunt, qui nullum amentem admittere volunt, nisi communi loquendi usu sic appellatum, omnibusque vulgaribus amentiae notis insignitum.

Deinde observatum a nobis est, eos, qui per longam annorum seriem ebriosi fuissent sine conspicua ebrietate, ingravescente senectute, vel exiguo modo potationis, tanto facilius saepiusque inebriari. Hi vero, quandoquidem consuetudinem vitiosam, nullo suo voluntario peccato adscitam et inveteratam, sibi adimere jam non possunt, si, praesertim alia quacunque accedente perturbatione graviore, factum violentum patrarunt, ab hac ebrietate seriore verissimum defensionis argumentum habebunt. Quid vero? Num etiam qui libero et imperturbato animo, caedem, vel incendium paraverant, non potus, sed iracundiae fervore incitati? Etiam qui consilii, omnisque pro nefario facinore apparatus illo sibi tempore conscii fuerant, atque quid et cur egerint, integros menses post, continuo et apto sermone minutatim poterant enarrare cum clara et explicata rerum omnium recordatione? Non ambigo. Affirmo audacter. Atque si quem in hoc loco scrupulum sibi lectores relinqui sentiant,

eum iis omnem eximet decretum Nostri Ordinis propositum ad finem hujus prolusionis; per quod illae objectiones, quantumvis probabiles et ad injiciendam dubitationem idoneae, firmissimis rationibus refutantur.

Sed adhuc nobis occupanda est alia objectio, in qua nuper ego cum collegis meis aliquantum laboravi. Visum est persaepe, vinolentos, dum ergastuli disciplina continerentur, resipiscere et, cum ebrietate, illam dimittere vinolentam ferocitatem. Jam si talis quis, eductus ex hac custodia, in pristinos mores recidat et notabilis criminis reus fiat: profecto videatur, illum, ut paullummodo voluisset, etiam nunc ebrietati et ferocitati suae imperare potuisse. Cujusmodi exemplum nuper habuimus in homine perditissimo, qui, reversus de ergastulo, ubi ad expiandam immanem atrocitatem et saevitiam, quam in uxorem et liberos suos adhibuerat, detinebatur per quinque annos, in principio demissus erat, mitis, placidus, imo vero etiam sobrius; paulo post autem, tanquam poenitens correctionis, tanto vinolentior inhumaniorque deprehendebatur. Hic ignem domui suae immittebat; et continuo post caedem sibi inferre volebat, inflicto ad collum vulnere. Erat autem ejusmodi incendium illud, quod non sibi, quippe jam morituro, sed uxori et liberis, cum quibus perpetuam discordiam habebat, calamitosum futurum esset. Nihilo magis ei, vel pro Nostri Ordinis decreto, poena legitima poterat irrogari. Attamen reditum ei paravimus in ergastulum et, in eo, coërcitionem severam ac sempiternam. Metus enim, ut multarum virtutum, ita, pro vinolentis, unus ille et optimus temperantiae et humanitatis magister est: cui tamen ultra, quam quoad praesens impendet et instat, haud obsequuntur. Quapropter

mirum non est, multos, qui in hac disciplina dociles se et morigeros praebuissent, ex ea, etiam cum testimonio, dimissos, immoderatiores fieri deterioresque.

Alius, ad quem decretum infra scriptum pertinet, senex septuagenarius erat, vegetus ille quidem et valens (praeterquam ad laborem), sed tamen capite, cujus nunquam magnus in eo vigor fuisset, imbecillior; ita, ut immoderationem potandi ab ineunte pueritia usitatam, non ut antea consueverat, sustinere nunc posset sine aliqua ebrietate. Is aliquando, nimium potus odioque et vindicta in judicii pagani assessorem commotus, ejus domui ignem inferebat. De ulciscendi studio non prorsus infitiabatur; sed ita tamen, ut, per omnes interrogationes, asseveraret, incendii faciendi consilium sibi non deliberato animo, sed repente, uno quodam et obscuro impetu, inter summam mentis perturbationem extitisse. Quod etsi dubium et suspectum poterat videri: tamen reus veniam amentiae vinolentae impetravit; quippe cum omnino ebriosus, tum illo tempore mentis impos ob ebrietatem. Quae cum in illo, aetate constante ac robustiore, haud frequens fuisset, jam excusationem legitimam habebat a senectute et imbecillitate.

Quaestio ad Ordinem Nostrum delata est haec:

Ob, nach den von den Zeugen fol. — fol. — et fol. — Vol. I. angegebenen Umständen, mit der in peinlichen Fällen erforderlichen Gewißheit, anzunehmen sey, daß Martin Harrmann zu der Zeit, als er am — — — 1806. das fol. — Vol. I. beschriebene ulmiche Holz an seiner Tabackspfeife angezündet und auf der Kliemerschen Scheune unter die Dachschoben gesteckt hat, seines Verstandes völlig mächtig gewesen sey?

Responsum est hoc modo:

Obwohl 1) *der Ausdruck: seines Verstandes nicht mächtig seyn: in der eigentlichen Bedeutung nur da Statt findet, wo irgend eine Art und Erscheinung des offenbaren, oder geheimen, des wüthenden, oder des niedergeschlagenen Wahnsinnes die Besonnenheit und Ueberlegung unmöglich macht, und den Willen der zu der Zurechnung eines Verbrechens erforderlichen Freyheit beraubt; nun aber ein wahnsinniger Zustand in dem Inquisiten, auch nur für den in Frage befangenen Zeitpunct, anzunehmen, von den Acten so wenig ein psychologischer, als ein medicinischer Grund, dargeboten wird; angesehen von Harrmannen, einem, voraussetzlicher Weise, vermöge seines Handwerkes, gesunden Manne, keine idiopathische, noch symptomatische Nervenschwäche, noch eine dahin führende vorhergegangene Fieberkrankheit, actenmäfsig bekannt ist, woraus sich eine solche Vermuthung einigermafsen begründen liefse; eben so wenig zu der Zeit, als er die Kliemersche Scheune anzündete, etwas diefsfalls bedenkliches in ihm zu bemerken gewesen:* 2) *die Trunkenheit unter den Begriff der Verstandesverwirrung zu bringen, den Grundsätzen der Criminalphilosophie und der forensischen Medicin, in sofern entgegen seyn möchte, als dieselben die Unterscheidung der Trunkenheit von dem Wahnsinn aus dem sehr wichtigen Grunde erfordern; weil die Trunkenheit, wenn schon die Willkühr durch die Angewöhnung hier allmählig beschränkt ist, in Ansehung ihres Ursprungs, als eine freywillige Untugend angenommen und mithin jede That, welche in der also freywillig angewöhnten Trunkenheit begangen wird, möchte übrigens in dem Augenblicke des Entschlusses und der Vollbringung, alle Besonnenheit*

des Verstandes und alle Selbstmacht des Willens aufgehoben seyn, wie eine freye und, wenigstens in sofern, mit freyem Verstandesgebrauch verbundene, Handlung zu betrachten ist: 3) wollte man auch, von allen diesen Grundsätzen abgesehen, nur bey der einzigen Behauptung stehen bleiben, dafs Harrmann in dem unseligen Augenblick auf den höchsten Grad betrunken und vermöge dessen, mit oder ohne seine ursprüngliche Verschuldung, des Verstandes nicht mächtig war, eine solche Behauptung vielleicht in der Rücksicht nicht statt finden würde; weil Harrmann sich zu der Zeit sowohl des Zweckes und der Mittel, als der That selbst klar bewufst, auch nachher, wie seine gerichtlichen Aussagen zeigen (I. Bl. — f.), aller Umstände derselben eingedenk gewesen; anstatt dafs, dem ersten Anblicke nach, mit dem aufgehobenen Verstandesgebrauch, nicht allein das Bewufstseyn, sondern auch in dem Zeitpuncte, in welchem der Verstand auf eine solche Weise benommen und zerrüttet war, alle Erinnerung ausgelöscht seyn müfste; folglich, dieser Ansicht nach, Harrmann damals als er die brennbare Materie in die Kliemersche Scheune einlegte, seines Verstandes allerdings mächtig gewesen wäre: 4) dafs der Inquisit die Kliemersche Scheune, aus Rachgier gegen den Eigenthümer derselben, angezündet und schon vorher entweder den Entschlufs dazu gefafst, oder doch die rachsüchtigen Empfindungen, welche dabey zum Grunde lagen, gehegt habe, zum Theil aus Geständnissen erhellet. Dennoch aber da 1) die Uns vorliegende Frage, vermöge des Zusammenhanges, in welchem sie mit den Schutzschriften stehet, durch den von Harrmanns Trunkenheit entlehnten Vertheidigungsgrund veranlafst worden und sonach der Ausdruck: seines Verstandes nicht mäch-

tig seyn: hier offenbar nicht in der engern, sondern in der weitern Bedeutung zu nehmen ist; mithin nicht darüber: ob Harrmann im Wahnsinn, sondern ob er überhaupt ohne Selbstmacht handelte? von Uns ohne Hinsicht auf die medicinischen Gegengründe eines eigentlich wahnsinnigen Zustandes, geurtheilt werden soll; 2) angenommen: daſs die Angewöhnung an den übermäſsigen Genuſs geistiger Getränke allezeit das Werk einer freywilligen Sinnlichkeit und dieſsfalls jede im Trunke begangene That selbst freywillig und der richterlichen Zurechnung fähig sey: dieser Grundsatz auf der einen Seite von dem medicinischen Gebiete zu weit abliegt; und auf der andern, nach den Acten, mit der für die Wichtigkeit des Gegenstandes erforderlichen Gewiſsheit, auf den Inquisiten kaum anwendbar seyn dürfte; indem es noch sehr zweifelhaft bleibt: ob der höhere Grad der Trunkenheit, welcher die letzten Tage vor dem 17ten October und an diesem Tage selbst, in ihm bemerkt worden, die alleinige Wirkung des Branntweins, oder zugleich eine Folge der durch die Gemüthsbewegungen des Kummers und Verdrusses, zumahl in diesem hohen Alter, verursachten Schwäche des Gehirns war: wie denn auch, nach den Aussagen der abgehörten Zeugen, Harrmanns gewöhnliche Trunkenheit nicht von der Art gewesen, daſs sie ihn zu heftigen Affecten und bösen Handlungen aufgelegt, wenn auch albern und schwatzhaft und zu der Abwartung seines Handwerkes untauglich machte (I. Bl. —): 3) eben diesen Aussagen zufolge, Harrmann, gleichwie überhaupt in jenem Zeitraum (I. Bl. — — —), also am 17ten October und zwar nahmentlich auch in der Stunde, in der er das Feuer anlegte (I. Bl. — —), auffallend betrunken gewesen, so daſs sich allerdings be-

greifen läfst, wie er theils dadurch, theils vermöge der hinzukommenden Beunruhigung seines durch das Alter geschwächten Kopfes, in dem freyen Verstandesgebrauch gehindert seyn konnte: gegen welche, ob auch nicht in einem sehr hohen Grade wahrscheinliche und auf keinen Fall als gewifs anzunehmende, Voraussetzung, gleichwohl der Einwand, dafs er weder damahls des Bewufstseyns, noch in der Folge für das, was er in diesem Zustande gethan hatte, der Erinnerung ermangelte, wenigstens keinen Beweis der psychologischen Unmöglichkeit darbieten könnte; indem die medicinische Seelenlehre diefsfalls folgende Grundsäslze und Erfahrungen nachweiset: dafs überhaupt zur Hinderung des practischen Vernunftgebrauches, sey es in einem Anfall des Wahnsinnes, oder der Trunkenheit, wesentlich, mehr nicht erfordert wird, als eine in physischen Ursachen beruhende übernatürliche Lebhaftigkeit und Stärke der in der Phantasie entweder schon vorher fest gewesenen, oder jetzt zudringenden Vorstellungen; verbunden mit dem Unvermögen ihrer Uebergewalt, durch entgegengestellte Grundsätze der Vernunft und Moralität, Schranken zu setzen, und so den Willen in seiner Freyheit und Selbstmacht zu behaupten: dafs mit diesem Zustande, besonders wenn er, wie bey der Trunkenheit, nur vorübergehend ist, das Selbstbewufstseyn und die Beabsichtigung eines, ob auch thörichten oder unerlaubten Zweckes, so wie die Ueberlegung und Anordnung der Mittel, vollkommen vereinbar sind: dafs alles, was mit einigem Bewufstseyn gedacht und gethan worden war, auch in dem Gedächtnifs verbleiben kann: dafs die Erinnerung desjenigen, was der Mensch in einem solchen Zustande gethan hatte, nur dann wegfällt, wenn ihm entweder das Bewufstseyn

dabey ganz abging, oder wenn irgend eine Art von Bewufstlosigkeit, z. B. der Raserey Erschöpfung und Ohnmacht, Tiefsinn, Epilepsie, Fieber; der Trunkenheit ein langer Schlaf, nachfolgt; oder auch, wenn so, wie bey der lustigen Tollheit und Berauschung, Aufmerksamkeit und Wille mit keinem bestimmten Gegenstande beschäftigt waren, sondern allerley Sinnvorstellungen, Gedanken, Empfindnisse, Reden, Bewegungen und unbedeutende, abgebrochene Handlungen durch einander gingen: dafs insbesondere bey der Trunkenheit, was das Bewufstseyn und die nachfolgende Erinnerung betrifft, dieses einen wesentlichen Unterschied macht, ob auch der erste, ursprüngliche Anlafs der Beunruhigung und Aufreizung des Gemüths zu der tollen Handlung, z. B. der verdrüfsliche; traurige Vorgang, während der Trunkenheit selbst plötzlich geschahe, oder schon vorher dagewesen war; in welchem erstern Falle, darum, weil der Anlafs mit Affect und Handlung in einem Augenblick der Besinnungslosigkeit zusammenfällt, die Erinnerung dessen, was der Betrunkene gethan hatte, verdunkelt wird; anstatt dafs sie sich in dem letztern, durch die vorhergegangenen klaren Vorstellungen, an die sich die Handlung selbst, wenn auch ohne Ueberlegung und Besonnenheit, anschlofs, unterhalten werden kann: 4) hatte auch Harrmannen der Unmuth über sein Schicksal und die Feindschaft gegen den vermeinten Urheber, den Schulzen Kliemer, den Gedanken der Brandstiftung schon vorher und zu einer Zeit, wo er nicht berauscht war, eingegeben; und hatte er diesen Gedanken, bey freyem Verstandesgebrauche, blofs durch den Einflufs der Rache, mehr oder weniger unterhalten, darum dennoch nicht bestimmt werden könnte, ob er ihn, bey

völliger Besinnung und durch die Trunkenheit in dem Verstandesgebrauch nicht gehindert, in Ausübung gesetzt haben würde; mithin auf keinen Fall unglaubhaft wäre, daſs der auf Kliemern geworfene Haſs sich, erst durch das wilde Feuer des Branntweins, zu der tollen That entzündet hätte:

So urtheilen Wir, (mit dem zur Erklärung und vorläufigen Rechtfertigung Unsers Responsums, vielleicht nöthigen Zusatz, daſs auf die Frage: Ob mit Gewiſsheit anzunehmen sey, daſs Harrmann seines Verstandes nicht völlig mächtig gewesen? die Entscheidung verneinend hätte ausfallen müssen): Nach den von den Zeugen fol. — fol. — et fol. — Vol. I. angegebenen Umständen, sey zwar mit groſser Wahrscheinlichkeit, nicht aber mit der in peinlichen Fällen erforderlichen Gewiſsheit, anzunehmen, daſs Martin Harrmann zu der Zeit, als er am — — 1806. das fol. — Vol. I. beschriebene ulmichte Holz an seiner Tabackspfeife angezündet und auf der Kliemerschen Scheune unter die Dachschoben gesteckt hat, seines Verstandes völlig mächtig gewesen sey.

32.

DE DISCRIMINE LAESIONUM NECESSARIO ET FORTUITO LETHALIUM PARADOXA QUAEDAM.

1810.

Verendum mihi est, ne operae pretium haud facturus esse videar, qui palmarium illum locum de laesionum necessario et fortuito lethalium differentia repetere instituam: in quo excutiendo et illustrando numerosissimi scriptores, qui vel universum medicinae forensis ambitum complexi, vel hanc ipsam quaestionem persecuti essent, summam diligentiam et majorem quoque subtilitatem collocasse reperiantur. Sed hi tanta sunt in varietate ac dissensione, ut ne nunc quidem ratum quicquam de hoc genere ac firmum habeamus, quod in causa homicidii, constanter valeat et communi jurisconsultorum ac medicorum approbatione. Quapropter, si forte quid luminis nostra quoque sententia et ratio huic disputationi afferre posset, eam hac scriptiuncula exposui strictim, et hoc servato modo, ut non rem omnem ab integro retractarem; sed tantummodo potiora decreta quaedam, quae ipsemet mihi pro hac muneris mei parte, non aut meo arbitratu, aut aliorum auctoritate, sed usu edoctus et omnino explorate, constituissem, proponerem ac declararem; omissis scholarum praeceptis facilibus ac pervulgatis.

I. Plagarum lethalium partitio, qua chirurgiae scriptores utuntur, ad medicinae forensis

DISCIPLINAM NON DEBET ADHIBERI. Nam utriusque rem eandem, et eodem nomine pertractantis haud eadem est ac similis ratio. Ut omittam, chirurgiae consilium tantummodo ad plagas pertinere, medicinam forensem autem quascunque laesiones mortiferas omnes considerare, ergo etiam internas, ut quae veneno aut inepta medicina fiant: illius est praedicere, an futura esse possit sanatio; hujus decidere, an illa fieri potuisset. Illi praesagia sua existunt ex plagae et aliorum symptomatum, in vivo corpore, observatione: huic ad mali vel medicabilis, vel immedicabilis aestimationem, momenta tum in corpore mortuo, tum in commentariis judicialibus suppeditantur. Itaque mirum non est, multas plagas, chirurgorum spe atque sententia, sanabiles censeri, quas haud sanari potuisse, medici forenses affirmaverint omni asseveratione. Ut vulnus pulmonum, intactis quidem notabilioribus vasis, spe non caret chirurgiae: at vero ubi reus hanc spem frustraverat hoc modo, ut vulneratus, quaerendi auxilii causa, illico se in viam dare cogeretur, commota inter meandum sanguinis profusione: mortem inevitabilem fuisse audacter pronuntiabo. Igitur quae laesiones in aliquo homine occiso medicabiles, quae non medicabiles fuerint, id nulla chirurgiae institutione satis edocemur. Namque diversis artibus ac disciplinis ut diversum disserendi et agendi consilium est: ita nec eaedem iis rerum, quamvis nomine similium, definitiones aut partitiones possunt convenire. Quapropter, ut hoc utar, veneni notionem aliter a physicis, aliter a medicis declaratam et divisam habemus; quippe utrisque dissimilem finem persequentibus in consimili argumento. Et qui chirurgiam in nostra re magistram ac ducem esse volunt, nihil habent ad hunc tuendum errorem, praeter

errorem alium, in aestimanda gravitate vulnerum, a medico forensi non magis, quam a chirurgo, criminis et culpae respectum quaeri oportere. Quod aut quale sit, non intelligo; aut mihi non probari confiteor. Sed hoc non est hujus loci.

II. Non admittenda est tripartita laesionum lethalium divisio. Nam eae mortem aut necessario attulerant, aut fortuito. Atqui haec sunt duo contraria: ergo nihil admittunt medii; per praecepta dialecticorum. Contra quae largiter peccatum est ab iis, qui laesiones per se lethales, tanquam tertium genus quoddam, interposuerunt. Et quod ajunt, medicis forensibus, etiam de hominum vivorum plagis, sententiam ferendam esse: id non pertinet ad eam partem muneris illorum, quam nunc ante oculos habemus: ergo nec ullius momenti est contra nostrum paradoxon: per quod non chirurgiae de vulneribus praedictiones, sed medicinae forensis, de laesionibus quibuscunque et iis quidem morte jam terminatis, judicia volebamus moderari. Sed ne illa prognostica quidem medicus publicus ad istam vitiosam partitionem referenda censebit: ad quae satis est, alia vulnera insanabilia, alia sanabilia reperiri, alia autem, propter spei et periculi ambiguitatem, dubia et incerta.

III. Laesiones necessario lethales eae sunt omnes, quae, prout erant ab aggressore comparatae, sanationem admittere nequibant: caeterae fortuitae. Quod dicimus: prout ab aggressore comparata erat laesio: id intelligi volumus duplici modo; ita ut partim spectet v. g. ad ipsius vulneris gravitatem, partim ad auxilii moram inopiamque. Ut, si gladius medium cor perfodit: laesio, per ipsum vulnus, comparata est ad necessariam mortem. Id vero

pariter, cum illa, quanquam sanabilis, per culpam interfectoris remedio destituebatur: cujusmodi est illud alio loco a nobis allatum: si latro viatorem, incisa vena non insigni, revinctis manubus arbori alligatum in media sylva dereliquisset. Quale vulnus, ad chirurgiae quidem mensuram, profecto haud necessario lethale perhiberetur. Per eandem rationem omnis mors, quae occulte dato veneno insequitur, necessaria est. Nam nihil esset, quod defensor objiceret, arsenicum idoneorum medicamentorum ope de ventriculo expediri potuisse. Nempe quoniam insidiose praebitum fuerat: locum non habebat periculi animadversio provisioque: ergo laesio, prout ad inopiam auxilii a reo comparata fuerat, necessario lethalis efficiebatur. Quae cum ita se habeant, pro forensi usu quidem, qui totus discrepat a norma chirurgiae, nihil magnopere impedit, quo minus laesionum necessario lethalium hanc definitionem ponamus, ut earum una causa et culpa haereat in aggressore.

IV. Uni laesionum necessario lethalium generi subsunt formae tres. Namque mortis necessitas aut omnino inerat in corporis humani natura et conditione; quo pertinet illud exemplum perfossi cordis: aut in retardata et prohibita, per culpam rei, medicina; cujusmodi illud erat, quod commemoravimus de veneno; aut denique in morbo sanationem impediente. De duobus prioribus, quin ad genus necessariarum referendae sint, nulla dubitatio est; nisi quod defensores plerique omnes sive clementiae, sive sui officii modum excedentes, in tali causa, praesertim veneficii, reos tuentur fortuitae mortis excusatione. Sed tanto gravior mihi metuenda est contentio super tertia parte hujus paradoxi; per quod morbus ante laesionem perspicuus et cadaveris descriptione demon-

stratus, nihil ponderis habet ad fortuitae mortis probationem. Quapropter rem, de qua disputatur, jam volo explicare diductius. Igitur interficere est: homini vitam adimere. Quae licet brevissima futura fuisset, etiam si in hanc violentiam et offensionem non incidisset: tamen ea vis ac voluntas, per quam nunc mors acceleratur, nihil differt ab occisione. Fac, aliquem aut phthisi pulmonum cum febre hectica, aut hernia inclusa et ad gangraenam inflammata, laborantem, nefarii hominis impetu vulnus accipere; in se non desperandum illud quidem, sed cujus incommoda et curationem illa corporis infirmitas nequeat sustinere: exitum funestum non vulnere, sed morbo extitisse certum est. At nihilo magis illud necessario lethale fuerit; propterea quod ejus accessione morbus ad celeriorem aegri perniciem exacerbatus deprehenditur. Cui meae sententiae ne quis objiciat vim causarum internarum, vel, ut cum schola loquamur, praedisponentium! Quarum vix in pathologia locus esse debebat, in medicina forensi autem ne vix quidem. Nam quod, in illo utroque exemplo, mortem contendunt perfectam fuisse causae internae et externae (occasionalis), conjunctione: id, videte lectores, quam nihil pertineat ad haec disputationem. Etenim hoc modo nulla causa externa, utcunque violenta, mortem inducat, nisi intrinsecum quid sit in corpore, quod ejus vim et admittat, et absolvat: ac tandem pro vulneribus arteriae aortae quoque, opportunitas quaedam et conditio requiratur, per quam lethalia illa esse possint. „At, respondeat aliquis erga latrones et veneficos clementior: quod aortae non ossea compages est, quae pugioni resistat: id, quoniam ad naturalem corporis humani conditionem refertur, non referri potest ad causam mortis inter-

nam; tanto autem certius illud, quod febre hectica aut herniae inflammatione laborabat aliquis, dum vulnere alias non gravi vulnerabatur: quippe in utroque exemplo luculentum discrimen est causae internae, et externae: istius quidem positae in vulnere, hujus autem et primariae in morbo." Quasi vero aegrotare alienum esset a natura corporis humani! Videant physiologi, qui illam in schola effictam et expressam ideam atque imaginem perfectae sanitatis ad ipsam corporis humani naturam transferre consueverunt, ne in gravissimos errores et incurrant ipsi, et inducant alios. Quod enim illi non congruit ideae sanitatis, ut fugiendum sit ac depellendum, quippe contrarium vitae beatae et serioris discessus studio: tamen idcirco non praeter naturam esse putabimus. Atque si hic morbus est, interno ad mortem apparatu non carere: nullus unquam visus est expers morbi. Nam vivere cum optima valetudine ac diu, non magis naturae est, quam aegrotare ac mori. Imo vero difficile fuerit aestimare, utrum horum potius spectaverit natura, in hac nostri corporis fragilitate. Sed jam praeteream has spinas et asperitates, ne iis molestus sim, qui philosophiam, vel sua ipsorum praedicatione, in maximo pretio habent, hoc tamen pacto, ut nullum ejus usum neque cognoscant et appetant ipsi, neque ab aliis fieri velint. In horum gratiam etsi perlibenter facio interdum, ut a philosophia mihi abstineam: tamen non perinde didici recedere a sana ratione. Enimvero haec non suadet, sed omnino imperat, ut in omni rerum genere ea causa necessaria existimetur et sufficiens, cujus vi aliquid efficiatur. Ergo, quandoquidem laesio talis fuerat, per quam homo aliquis, utcunque aegrotans, ante suum tempus et morbi exitum periret: repugnat, eam haud necessario letha-

lem extitisse. Nam aegrotans ille tamen qualicunque vita non carebat, nec sine inflicto vulnere mors ei nunc accidisset: ergo hoc causam mortis necessariam habuisse, quotusquisque diffiteatur? In qua re vanum est, quod objiciunt: laesionis hunc exitum non futurum fuisse sine morbo. Ergo tamen fuit cum morbo et, cum eo, necessarius. Quapropter hae laesiones, quas fortuito lethales efficere student, ab illis indubitatam mortis necessitatem habentibus, hoc unum distant: quod hae propter morbum, illae vero propter naturalem corporis infirmitatem nequeunt sanari. Caeterum in utrisque vitae privatio est.

Sed haec praecepta, in usu forensi quidem, tractanda et adhibenda sunt cum hac cautione, ut ne ad illud genus homicidii, quod culposum jurisconsulti nominare solent, temere traducantur: in quo citius valeant ad excusationem. Tanto magis conveniunt homicidio doloso et rationibus legum, per quas latronum, sicariorum veneficorumque audaciae, in civitate bene constituta debet esse provisum sic, ut neque criminis, neque poenae, effugia relinquantur. Quae usque illis amplissima et expeditissima patebunt, donec causae mortis occasionales ex hoc medicinae forensis loco erunt eversae funditus; utpote cum quibus nullum tam insanabile vulnus est, quod non fortuitae mortis veniam apud judices consequatur. Accedit illa toties a deprecatoribus usurpata calumnia non juris, sed medicinae, pro nulla non laesione (parum abest, quin etiam pro capite abscisso), in promtu habentibus exempla sanationis admirabilia, scripta illa magis, quam observata et comperta. Quae cum ita sint, hoc ego mihi paradoxon nulla eripi patiar aut medicorum opinatione, aut jurisconsultorum auctoritate: mortem, quamvis manifesto corporis vitio prae-

paratam, nihilo minus reo, qui occidendi consilio illam perfecerit, attribui et imputari oportere.

V. Si quando duae laesiones, eaeque ambae necessario lethales, simul extiterunt sic, ut altera per reum, altera interno corporis vitio efficeretur: in utra sit mortis causa ponenda, nihil opus est disputare. Utcunque probatum esset, quale quid vereor ut probari unquam possit, homini desperatissima plaga vulnerato, inter sanguinis profusionem, apoplexiam supervenisse a vi vulneris prorsus disjunctam: tamen vel philosophi (nam quid legum necessitate judices statuerint, id jam non respicimus), de culpa et suprema poena nihilo magis dubitanter pronuntiarent. Ad quod satis argumenti haberent in vulnere; quo miser, etiam sine hac scilicet fortuito incidente apoplexia, necessario nunc periturus fuisset. Atque hoc audeo affirmare, cum dispari clementia sicarios magis salvos et periculi expertes praestari, quam civium quemcunque; ad quorum securitatem omnis instituta est poenarum ratio. Quin imo, ubi certum sit, illum non vulnere, sed apoplexia exanimatum fuisse: quid iniquitatis habeat, sceleratissimi nebulonis audaciam, quae, causae internae nullo interventu, ad inevitabilem mortem sufficiebat, extremo supplicio mulctare eique hanc vitam intercipere, per quam insontissimi cives in vitae discrimen adducantur? Verum tamen, ante factam legum emendationem, qua nihil in hoc genere optabilius foret, collegia medica non audebunt mortis necessitatem, in tali casu, ad unius vulneris impetum revocare; et apoplexiae hoc concedent, ut ea et fieri et, pariter atque vulnus, mortem efficere potuisset.

VI. Differentia laesionum necessario, ac fortuito lethalium nihil momenti habere debet in

DISCEPTANDIS DELICTIS MEDICORUM ILLEGITIMORUM. Ea enim non ad noxae modum, sed ad unam legis transgressionem aestimanda sunt omnia et punienda aequaliter: sic ut non lenius in eum animadvertatur, qui ex urinae difficultatibus laboranti emulsionem exhibuerat, quam qui tincturam cantharidum. At quoniam hunc locum omnem edisserui diligentius in duodedetricesima Quaestione: si quid offensionis habeat hoc paradoxon, ut illam huc repetant lectores, ita rogo, ut ab iis intelligi et probari cupio.

33.

DE EXCUSATIONE FATUITATIS, PRAECIPUE SENILIS AC PUERILIS I.

1810.

Cum poenarum, in regenda civitate, haec primaria ratio est, ut per earum terrorem ac metum publicae saluti ab injuriis et maleficiis caveatur: tum, in quo genere delictorum aut major atrocitas inest, aut peccandi licentia increscit, in eo graviora supplicia necessarium est adhiberi. Itaque nihil abhorret ab humanitate, quod incendiarii morte mulctantur. Quorum insidiosa malitia tanto reformidanda est vehementius, quod, praeter nocendi voluntatem, ea nullo indiget neque corporis, neque animi vigore; adeo ut inertissimi et vecordissimi homines, qui ad aliud quodcunque vel ultionis, vel furti ac rapinae genus debiles se ac timidos sentiant, incendio apparando idonei ac promti sint, centenis insontibus calamitoso. In qua re haud ferenda est levitas defensorum, qui, cum in facti obscuritate et infitiatione effugium pro suis clientibus invenire non possunt, continuo excusationem amentiae meditantur. Nec tamen quia non faveo huic praesidio impunitatis, quod nunquam ego non impugnavi per Nostri Ordinis decreta, et multoties quoque expugnavi; religioni mihi habendum esse arbitror, illo ipso argumento aetatem puerilem, quippe cujus naturalis quaedam amentia est, a lege incendiaria deprecari. In qua haud levem mihi dubitationem injicit ille, pro exitu pueritiae, constitutus veluti

terminus fatalis quatuordecim annorum; ultra quem veniae aetatis locus non relinquatur. Etenim rationis maturitas non ad numerum annorum, sed ad ingressionem pubertatis debet aestimari. Jam vero in hac nihil tempore definitum est sic, quin ipsa quoque vel accelerari, vel retardari possit, pro varia coeli temperie corporisque statu et conditione: atque sexus virilis, nisi veneris irritamenta ei sive naturae, sive disciplinae ac morum vitio, praemature admoneantur, certe in nostris terris, vix unquam pubescit ante medium annum decimum sextum. Quod affirmo equidem omnium consensu physiologorum; quos in hac re, prae jurisconsultis, audiendos esse, homet ipsi, opinor, non diffitebuntur.

Est vero illa naturalis amentia puerilis, quam totam nos ab impubertate repetimus, de genere fatuitatis, neque aut maniae, aut melancholiae simile quicquam. Sed quoniam permultos vidi, qui, ut in ipsa notione fatuitatis errabant, ita hanc puerilem et impubertati attributam, ipsam per se et sine aliis amentiae signis, nullo pacto admittendam putarent: ne qua huic loco nostraeque sententiae obscuritas ambiguitasque superesset, consentaneum duximus, quid omnino sit fatuitas, exponere, tum ejus in aetate puerili vim et cum impubertate necessitudinem declarare. Verum haec disputatio repetenda est paulo altius et tractanda sic, ut quid commune cum suo genere habeat fatuitas puerilis, quid proprium sibi et a vicinis speciebus discrepans, perspicue elucescat. In qua enumeranda specierum varietate vitari non poterat, quin senilem fatuitatem quoque attingeremus; ad quam, prout magni momenti est in aestimanda excusatione amentiae, hujus scriptionis potiorem particulam aliquam voluimus pertinere.

Igitur universum genus amentiae positum est in privatione mentis, sive, quod idem apud latinos, rationis; cujus vis atque praestantia omnis legibus veri, recti et congrui perpetuis illis ac sempiternis continetur. Quarum etsi animis humanis quaedam impressa est notio ac conformatio, tamen ullus usus nequit esse ad cogitandum agendumve, sine conscientia earum evoluta et explicata, adque hunc confirmata internum sensum, qui rerum vel faciendarum, vel fugiendarum veluti arbiter est et exactor. Enimvero divinum hoc lumen rationis aut obscuratur vehementiore perturbatione aliqua et a sano judicio aversa (quae prout vel ad iracundiam incensa, vel ad moerorem depressa est, in aliis maniam, in aliis melancholiam efficit); aut praeternaturali quadam hebetudine ac caecitate prohibetur; in quo maxime cernitur fatuitas. Quae hoc proprium et a duobus superioribus diversum habet, ut desipiat animo imperturbato et tranquillo.

Fatuitas alia plena est, alia minus plena. In illa quidem impedimentum rationis aut connatum est, aut morborum acutorum diuturnorumque violentia relictum; inprimis eorum, qui proxime attingunt cerebrum: ut febris nervosa, epilepsia, apoplexia et similes alii. Continua illa est et ne brevissima quidem intervalla habet sanae mentis; hebes ad omnem sensum; praeterquam voluptatis ac doloris; languida, desidiosa, torpida, expers curae omnis et actionis; identidem nugatoria et scurrilis; nihil non absurde ac stulte, multa etiam stomachosius ac malitiosius loquens et faciens; limis oculis cum foedo rictu oris fastidium movens, universoque corporis habitu et gestu partim ad risum, partim ad miserationem comparata.

Ab hac non tam genere, quam modo et gradu differt illa nobis dicta minus plena fatuitas, quae nullo

istiusmodi signo agnoscatur. Nec perpetuo desipit ea, nec in omnibus rebus, sed in paucis tantummodo, in quas sive repente, sive paulatim nunc defigebatur. Ejus species discernendae sunt duae: morbosa et naturalis; qua posteriore puerilem aetatem necessario laborare in altera prolusione demonstrabo.

Fatuitas minus plena et morbosa quidem, nam de hac primum jam dicere volumus, nunc recondito corporis vitio, nunc perspicuo morbo efficitur. Prima illa vix non semper esse solet occulta. Nam in aliis penitus latet, donec vel subito et inopinate in stultum ac temerarium factum aliquod erumpat: in aliis vix obscuram sui suspicionem facit, nisi forte oculorum rigore aut sermonibus passim moribusve ineptis et insulsis. Quae ut levia videantur, tamen satis sunt, cur talem aliquem crimine ac poena exsolvendum esse contendas; praesertim cum vel haereditarii mali, vel epilepsiae opinio metum latitantis amentiae confirmat. Atque ut prae caeteris epilepsiam commemorem, ea, etiam dudum oppressa et praeterita, plurimum argumenti habet ad excusationem fatuitatis occultae. Etenim videtur illa, dum a membris externis, quae miseri furoris sui tanquam instrumenta et arma solet agitare, depulsa est, in intimos cerebri recessus nonnumquam se abscondere, ibique per totos annos inclusa et latitans, quibuscunque sive corporis, sive animi stimulis commota, nunc subito prorumpere cum facto aliquo aut stulto, aut violento. Cujusmodi exemplum nuper memorabile vidit Noster Ordo, cum animadversione temerariae curationis, qua morbi pernicies repressa et in stuporem ac fatuitatem conversa fuisset.

Aliud genus fatuitatis morbosae (semper intelligo hanc minus plenam), morborum efficientia existit haud

obscurorum et eorundem, a quibus plenam et absolutam modo vidimus provenire: ita ut morbus amentiam vel comitetur vel proxime antecesserit. Igitur ea ne ipsa quidem obscura esse potest, aut suspecta judici ad has litteras nostras vel mediocriter erudito. Tanto magis dubitant ac haerent indocti, quibus nihil satis est ad amentiam, nisi quod ex vulgo imperitissimus quisque sic appellaverit.

Porro huc referenda est fatuitas febrilis: lubet enim hoc nomine insignire illam mentis infirmitatem ac paene defectionem, quae a febrium nervosarum acutarum intervallis vix unquam abesse putatur et reperitur. Cum hac nec memoria aegris, neque consilium judiciumque constare, aut avulsa ab his animi facultatibus ratio ac voluntas integra et libera esse potest. Igitur quod quis, licet multum remittente febris aestu et impetu, testamentum fecerit, id vitiosum et irritum habendum est. Nam sive nunc et praesentibus jam judicibus illud scribae dictaverat; sive pridie ejus diei meditatus fuerat et consiliario suo exarandum commiserat: tali negotio, inter hos languores, nequaquam poterat esse idoneus. A qua sententia me haud patior dimoveri per solemnem scribae praefationem, in qua, aegrum mentis et consilii compotem fuisse, affirmatur omnium testium consensione: inter quos ego, sicut nonnunquam inter judices, nimirum aliquem medicum desidero aut philosophum.

Denique ad hanc semiplenam et cum perspicuo morbo conjunctam fatuitatem etiam pertinet senilis illa, passim alibi a me commemorata. Verumtamen ut hoc genus a senectute nomen habet, non item quoque causam; quippe quam non in senectute, sed in morbo ab ea disjuncto positam putamus. Plerumque

ejusmodi morbus est, qui aetati extremae, quam mediae sit frequentior: ut infirmitas cerebri ac nervorum, spasmi abdominis cum sanguinis motu perturbato et ad caput commoto impetuosius. In quo loco, si quis moneret, fatuitatem senilem morbosae adnumerari non debere, quandoquidem senectus ipsa per se desipiat, absque ullo praeterea morbo: nulla mihi super hac re contentio foret, utpote amentiae genera unius medicinae forensis disciplinae accommodanti. Attamen sive morbi, sive aetatis vitium sit senilis fatuitas ejus formae animadvertendae sunt duae. Namque aliis languida et somniculosa est ac paene intermortua, subinde tamen ad brevem hilaritatem et loquacitatem excitata; cum hoc nunc difficilis, aspera et morosa, nunc facilis, lenis et mansueta. In hoc quidem genere vix non semper vacillat memoria; nisi quod, rerum non maximarum, de vita praeterita crebrae sunt ac promtae recordationes. Multo magis impar illa est deliberationi, voluntate autem modo rigida et immobilis, modo mollis et flexibilis, adeo, ut se ad consilium ac nutum aliorum, praecipue familiarium amicorum, quocunque dirigi ac trahi patiatur. Haec, praeterquam quod nec legitimum testamentum facere, nec stabile pactum, praesertim de graviori negotio, inire, nec omnino rei familiari praeesse potest, a delictis nihil momenti ad medicinam forensem habebit. Nam caeterum, vix propter oblivionem, nedum propter dolum, aut publicae, aut domesticae rei metuenda est; utpote nihil tecte moliens et agens, itemque expers tristitiae odiique ac simultatis et omnino perturbationis. Huic generi causa subest inopia et suppressio spiritus vitalis, plus illa periculi habens a morte, quam ab insania; in quam tanta ista corporis animique imbecillitas incidere non

possit. Et si quae perversae et insanae cogitationes subinde impellunt: mox elabuntur ac diffluunt, veluti umbrae quaedam somniorum.

Quae omnia secus se habent in senibus aliis, qui, licet ultra humanum modulum annosi, tamen, in rebus gerendis vulgaribus, et consuetis, nihil magnopere faciunt sana mente alienum. Nam quod forsitan ad suspicionem et iram irritabiles litigiosique ac pervicaces sunt; aut queruli, meticulosi, anxii et in rebus minutis minuti: in eo sui similes habent tot viros ne mediam aetatem quidem egressos, qui, cum, etiamsi corpore aliquando, tamen vel ingenio et animo, nunquam juvenes fuissent, in his moribus tanto citius consenuere. Sed tamen huic robustiori senectuti, nihilo minus infirmitate cerebri laboranti, subinde perturbationes objiciuntur partim a moerore, aut aegritudine alia, partim a morbis, et praecipue talibus, qui sive cominus, sive eminus ad caput pertineant. Inter quas, dum ideae ineptae animo et prava consilia infunduntur: his fixis et ad perpetuam involuntariamque recursionem firmatis, persaepe mens ipsa et ratio de loco ac statu dimovetur. Quod observatum est fieri modis duobus; ita ut amentia in aliis lenta fiat, in aliis repentina. Ista se non in facto uno expromit, sed in diversis pluribus, omnibus tamen ab una delira opinione profectis; haec autem in uno aliquo, ad quod nunc nulla sua culpa praecipitatur. Ab utriusque peccatis partim abest animi commotio, et multo magis crudelitas. Etenim visi sunt senes, qui cum hac fatuitate vel sibimet ipsis, vel aliis sua sibi vita carioribus, conjugibus, liberis, amicis, necem inferrent, absque ira et inter multas lacrimas; tanquam fungentes officio pio ac nobili. Sed in nonnullis tamen irae aliquid, vel angoris in animo

haeret: ita ut fatuitas aut maniae, aut melancholiae tragoediam agat. Quod enim illud proprium fecimus fatuitati: desipere animo imperturbato: id non impedit, quo minus perturbata sit pro ejus quidem temporis brevitate, quo impium facinus cogitat perficitque. Eo enim patrato et absoluto, statim ad omnem fatuitatem relabitur. Igitur talem aliquem nemo melancholicum dixerit maniacumve; aeque atque non sapientem ac moderatum, qui gravi morbo laborans deficientibusque viribus ad stultitiam et libidinem, nunc ineptiarum careret ac flagitiorum offensione.

34.

DE EXCUSATIONE FATUITATIS II.

De fatuitate puerili I.

1810.

Quemadmodum fatuitas a caeteris generibus amentiae discreparet, et quae illius, plenae et minus plenae, tum naturalis et morbosae, differentiae cernerentur, etsi dictum est in prolusione superiore: tamen, cum vereremur, ne manibus istam dudum et memoria plerique lectores dimisissent, placuit, antequam de fatuitate naturali et puerili separatim dissereremus, illinc repetere definitiones atque partitiones potiores, in quibus summa hujus disputationis a nobis fuisset collocata.

Igitur amentia omnino est privatio mentis, seu rationis. Ratio est legum veri et congrui complexio, insitarum hoc pacto, ut, nisi adductae ad conscientiam, neque cognoscendi, neque appetendi facultatem adjuvare ac regere possint. Haec harum legum conscientia atque adeo ipse rationis usus, impeditur aut perturbationum impetu non voluntariarum; unde in aliis maniae furores, in aliis melancholiae moerores existunt, utrique ii vel cum, vel sine febre: aut sensus interni hebetudine: in qua cernitur fatuitas, quae, animo libero et vacuo delirans, nunc plena, nunc minus plena, reperitur. Fatuitas plena eademque semper continua, aut connato, aut adventitio malo exoritur. Quam minus plenam dicimus, ea partim

morbosa est, partim naturalis. Prior in multis diu latet penitus occulta: ut in his, qui epilepsiae stupore sunt oppressi. Caeterum occultae et manifestae communes sunt causae.

Fatuitas naturalis denique, quam, illis praemissis, ut erat propositum, deinceps explicamus, uni propria aetati puerili, hanc a caeteris amentiae generibus dissimilitudinem habet, quod naturae non vitio, sed necessario quasi permissu et instituto, efficitur. Nam quod haec aetas non assequitur usum rationis, id non magis morbosum est, quam quod non formam et staturam corporis perfectam. Quapropter si quidem, in hoc genere, impedimentum rationis non objicitur a morbo: reliquum est, ut naturalem aliquam amentiam subesse intelligamus. Provideo fore nonnullos, in his omnes interioris physiologiae ac philosophiae ignaros et osores, quibus haec naturalis puerorum amentia suspecta videatur et ad ambiguam aliquam legi incendiariae addendam exceptionem inventa. Igitur qualis illa sit et quibus causis tribuenda, jam declarabo sic, ut de scribendi consilio minime dissimulem; quod ad reserandam excusationem aetatis pertinere confiteor, quippe lege incendiaria nimis arcte circumscriptam ac paene occlusam.

Est autem fatuitas puerilis ejusmodi amentia quaedam, quae non universae rationis usum intercipiat, sed tantummodo ejus partis, quam, quia rerum vel faciendarum, vel fugiendarum magistra est et voluntatis moderatrix, rationem moralem nos alibi in philosophicis nuncupavimus; a contemplativa distinguendam hoc modo, ut, cum haec, omnem complexa intelligendi judicandique facultatem, posita sit in cognitione et approbatione veri; per illam leges honesti interna quadam voce promulgatae essent, quibus

de omni virtutis officio admoneremur et a pravis consiliis factisque repelleremur. Enimvero haec ratio moralis multo, quam illa contemplativa (liceat enim his nominibus uti), tardius explicatur. Nam videntur inter pueros permulti, etiam nondum egressi annum decimum quartum, qui, praesertim cum praeclarae indoli adhibita est institutio assidua exercitatioque; non memoriam solum habent magna rerum ac nominum varietate locupletem, verum quoque ingenii acumine haud contemnendo praediti sunt; adeo ut semper aliquid addiscere cupiant, investigandique et argumentandi subtilitate, imo vero etiam geometriae studiis delectentur. Alii sive naturae et ingenii dotibus, sive externis praesidiis et exemplis ad litteras colendas destituti, tamen, vel in vulgaris laboris functione, cui addicti sunt, egregias ingenii atque manuum opportunitates demonstrant. Nihilo minus utrique illorum, pro caeteris et majoribus rebus (eas dico, in quibus aliqua pars est officii ac virtutis), puerilem incogitantiam ac temeritatem et omnino suae aetatis mores retinebunt: nisi aut severioris disciplinae metu, aut laudis studio; aut naturae bonitate, paulo maturius ad quendam recti ac honesti sensum assuefacti et confirmati fuerunt. Igitur quod puer aliquis in judicium vocatus nullo modo stupidus deprehenditur, sed ingeniosus ac solers et industrius, imo vero etiam versutus, vafer et malitiosus: idcirco excusatione fatuitatis puerilis nequit privari.

At mirum videatur, quod, cum una sit ratio tributa homini, quanquam scholarum ritu bipartita, nos etiam alteram partem altera velimus tempore posteriorem esse. Quid vero, si causae in promtu sunt, quae seriorem rationis moralis proventum perspicue declarent? Nam cum omnino leges veri, tum, quae

in his insunt, recti et congrui, ad conscientiam atque adeo ad usum rationis hac conditione perveniunt; ut vel praeceptionis et institutionis adminiculo, vel rerum ante sensus positarum observatione, materia suppeditetur, in qua se expromant illae adhibeantque. Et quanquam assentior Leibnitio, principia matheseos, Platonis imitatione, connata facienti: tamen eorum nulla futura esset cognitio in eo, qui nec figuras et numeros nosset, neque metiendi ac ratiocinandi periculum unquam fecisset. Enimvero quicquid pueri vel vident, vel audiunt, vel animo sibi et cogitatione informant, id hactenus conjunctum et continens est cum aliquo axiomate rationis contemplativae, ut vel fieri possit, vel efficientis causae antecessione fiat necessario. Atque haec jam in aetate puerili vis est rationis, suas leges quasi foras emittere et ad omnes res sensu et memoria obvias accommodare gestientis, ut pusiones ne ingressi quidem ephebos, de quaque re scire aveant, quid sit et cur, modoque hoc sit nec alio, et, cum sibi quid repugnans videtur, aut non probabili causa explicatum, haud facile acquiescant, sed in suis objectionibus usque permaneant.

Accedit etiam hoc, quod nihil magnopere necesse est mentem a sensuum consuetudine abducere, ut, quae in rebus externis vel congruant, vel repugnent legibus rationis contemplativae, ea perfacile discernantur: nam id ipsum in sensus cadit. Ut illud: duo simul esse et non esse non posse: pueri nimirum sensibus cognoscunt. Quibus dum aliquid esse percipiunt: simul quoque sentiunt, idem jam non abesse. Difficilius autem intelligant principium contradictionis; quod nullo modo pertinet ad res, quae natura sunt, sed quae cogitatione; prohibens, ne, quae cogitando nequeunt copulari, ea in unam notionem con-

jungantur. Perinde axioma hoc: nihil fieri sine causa, sensibus ubique in promtu est; saltem hoc modo, ut per eos edoceamur, nihil evenire sine alius rei antecessione, nec quicquam alius rei consecutione carere. Ex his intelligitur, qualemcunque illum usum rationis contemplativae in aetate puerili, per sensus vehementer adjuvari.

Haec omnia secus se habent in ratione morali: quam non miror, inter cursum aetatis puerilis, arctius atque diutius dormitare et, jam aliquantum excitatum, vario modo impediri. Etenim ad eam evolvendam et exercendam parum a sensibus materiae et argumenti praebetur. Nam quod justum et honestum est, vel ab his alienum et discrepans, id ultra sensus positum est, nec ita in rebus externis obvium ubique et luculentum, atque illa, in quibus considerandis et comparandis facultas contemplativa rationis occupatur. Quanquam ne haec quidem pueri, sine sensuum adminiculo, ita comprehensa habent, quin iis imago rei sit pro notione: ut, in geometriae studio, trianguli figuram quidem sibi informaverint, sed non perinde ideam; quippe animum a sensibus abstrahere nescii. Atque ita in media societate civili et domestica actiones humanas non animadvertunt, praeterquam quantum illarum pertinet ad sensus, ut agentium habitus, vultus, motus, tum quae hinc efficiuntur virium corporearum necessitate: honestatis autem vel turpitudinis, neque in aliorum actionibus, neque in suis aestimationem faciunt. Etenim hoc acriorem illam postulat attentionem animi, se ipsum intuentis, quam reflexionem recens barbaries nominavit. Per illam enim unam, ut in puero sensim incipit vigere, jussa et vetita rationis moralis paulatim veniunt in notitiam conscientiamque, seque deinceps confirmant

ad normam ac regulam quandam, qua honesta et turpia judicentur.

Sed cum nemo dubitet de levitate puerili, quippe de qua omnium seniorum communis conquestus est: ne hoc quidem obscurum cuiquam aut nimium videri potest, quod illam, utpote non compotem rationis, induxerimus tanquam proprium genus amentiae quoddam et fatuitatis, quae a ratione quidem, sed a natura nequaquam, aversa deprehenderetur. Nunc, quoniam in hac fatuitate puerili naturali locus et sedes est argumentorum omnium, quae ad tuendam veniam aetatis valent: ut hoc defendendi genus modum habeat, neque aut legum ac judiciorum nimia severitate opprimatur, aut deprecatorum argutiis ad flagitiorum impunitatem traducatur, termini constituendi sunt legitimi, ultra quos veniam pro aetate puerili neque petere liceat, neque concedere. Hos non annorum numero, sed pubertatis ingressione definiendos esse, quoad potero, perspicuum faciam.

Igitur pubertatem natura non uno actu perficit, sed, in utroque sexu, molitur et praeparat paullatim, multo ante quam, vel in seminis profluvio, vel in prima progerminante barba, vel in elatis mammis, vel in sanguine menstruo, signa ejus conspiciuntur. Etiam stimuli venerei obscuri sunt initio, et propemodum expertes conscientiae. Sed deinde sensim cum lascivia se efferunt in desideria explendae libidinis, et in conatus clandestinorum amorum. Jam animus puerilis, qui antehac in vagis appetitionibus errabat atque promiscue ad omnes voluptates rapiebatur, se ad hanc unam cupiditatem, caeteris omnibus ardentiorem et eminentiorem, applicat et veluti ad centrum revocat. Ecce jam primordia attentionis in unam quandam rem conversae; quae nonnihil fir-

mitatis et constantiae habet ab idearum, in quibus nunc defixa est, perpetuitate, tum ab animi demissione quadam, quae dimidia est tristitiae, dimidia aegritudinis. Hinc primum circumspiciunt pueri hominum, quibuscum vivunt, opiniones, mores et instituta; atque dum nihil non adversarium suis desideriis reperiunt, haec intra suum pectus recondere student quoad possunt, partim pudoris admonitu, partim ludibrii metu ac reprehensionis. Atque in hac circumspectione et cautione prima inest et inchoata vitae regendae prudentia. Similiter jam leges divinas et humanas, quarum antehac formulas, sine sententia, inaudierant et memoria comprehenderant, paullatim et intelligunt et pertimescunt, adque observantiam earum se, vel inviti, accommodant. Inter haec semper amores appetunt; quibus cum libere se ac plene perfrui non posse prospiciant, nisi legum concessu: postremo sponsionem de matrimonio, nuptias, imo vero etiam liberos, meditantur. Quod ut stultum et ridiculum sit: tamen ad maturandam rationem moralem non parum conducere arbitror; propterea quod praeposterae illae conjugii appetitiones conjunctissimae sunt cum idea domesticae societatis. Hujus enim meditatio animum puerilem a ludicris abstrahit et ad seria vocat; constantioris aetatis gravitatem aliquam, ejus nimirum praesensione, impertit; laudis et quaestus studia exagitat; discendi et agendi industriam acuit; amicitiae ac benivolentiae sensus infundit eosque ad conjunctiones hominum adjungit et accommodat.

Quid amplius valeant, ad exercendam ac subigendam rationem moralem, adventantis pubertatis incrementa, et quo modo, inter illos, quos diximus, sensus, cupiditates, cogitationes, curas, sollicitudines,

perturbationes, ad perfectam et absolutam humanitatem pueri adolescant et confirmentur: id, quia in intimo animo agitur, perdifficile est perspicere penitus, ac multo quoque difficilius patefacere ac declarare. Sed satis est intelligere hoc, in quo illorum omnium summa inest: pueros, sive impuberes (quod utrumque nomen ad utrumque sexum pertinet), quantum ad facultatem appetendi et liberum usum voluntatis, nihil magnopere differre a genere animantium brutorum, quippe, viventes (ut cum schola loquamur), in uno mundo sensibili, mundi moralis nimirum plane ignari.

35.

DE EXCUSATIONE FATUITATIS III.

De fatuitate puerili II.

1810.

Quod in extrema prolusione tertia tricesima nuper affirmavi: conjugii meditationem in puerili animo excitatam, utcunque ineptam et praeposteram, tamen plurimum conferre ad maturitatem rationis, afferenda quidem idea quadam et cogitatione domesticae societatis: id ne tum explanarem diductius, prohibebant spatii atque temporis angustiae; quibus hoc scribendi genus ita constrictum est atque debilitatum, ut, nec quantum scribere velis, nec quando, tibi liberum sit. Igitur mihi particulam istam nunc relegenti, metus existit, ne hunc locum, obscurum ipsum in sese, brevitate ac festinatione fecerim etiam obscuriorem. Quapropter, si quid in eo luminis desideraretur, id ei nunc volui adhibere.

Hoc quidem satis perspicue a me video explicatum, quemadmodum, effervescente ad ingressionem pubertatis venerea cupiditate, inter impedimenta et obstacula clandestinorum amorum, appetitio matrimonii exoriretur, utpote unius in hoc genere approbatae ac concessae voluptatis. Neque non evidens et luculentum esse poterat, quid hoc valeret ad primam status domestici animadversionem et contemplationem. Sed illud forsitan sermone dilucidiore indigeat, quod huic domesticae consortionis praesensioni

tantam vim inesse ad vigorem et usum rationis statuamus, ut, ante illam efflorescente pubertate susceptam, pueri mentis impotes habendi sint, ideoque, in peccatis quibuscunque, criminis ac poenae expertes atque immunes.

Igitur pueri, lusionum suarum et nugarum perpetua varietate distracti atque distenti, statum domesticum, inter medias utilitates et jucunditates, quas ab eo habent ipsi, prorsus non attendunt; multo minus considerant, in ejus commodis acquirendis, tuendis ac fruendis maximam partem positam esse felicitatis humanae. Itaque nec ad ejus curas et labores ullum unquam studium suum adjungunt, nullius negotii se participes ac socios offerunt, nisi forte ludum aliquem inde sibi parere possint. In eventis difficilibus et periculis rei domesticae, in querimoniis atque sollicitudinibus consanguineorum, quibuscum una in domo sunt, agunt omnia alia, quam opitulari. Suarum rerum negligentes sunt ac prodigi, quoad non alia cupiditas aliqua avaritiam suadet; alienarum autem perditores saepe, aut raptores: et, ut verbo dicam, ad omne, si non malitiae, tamen petulantiae genus temerarii atque audaces deprehenduntur: quippe nescientes, qua conditione in hoc publico et privato rerum statu vivamus; et quae necessitates sint bonorum eorum, quibus vitae humanae actio continetur. Leges vero, neque divinas, neque humanas, utcunque memoria comprehensas, ullo pacto reverentur, earum, vel in ipso peccandi conatu et actu, immemores. At dum, inter illa matrimonii desideria, futuram sibi aliquando domesticam societatem e longinquo prospiciunt ac meditantur: paullatim observant hominum inter se conjunctionem, bonorumque et jurium, quae cuique propria sunt, necessitudinem atque

utilitatem. Atque sic tandem edocentur, quanta res sit possessio certa et stabilis, vel, ut cum jurisconsultis loquamur, proprietas rerum earum, quae vel corporis viribus teneri, vel murorum atque scriniorum claustris custodiri, vel hominum conventis et pactis, iisque lege atque officio munitis, possideri ac propria haberi possunt.

Jam duo inprimis delicta esse video, in quae incidere puerilis aetatis levitas possit ferocitasque: furtum quidem, et ignis immissio. Enimvero utriusque hujus vitiosae proclivitatis causa haec manifesta est: nondum excitata status domestici animadversio: sine qua nec possessionis ac juris ullus respectus esse potest, neque legum aut divinarum, aut humanarum intelligentia reverentiaque: semper excipio eos, qui ad aliquem virtutis et officii sensum imbuti fuerunt maturius, institutionis beneficio ac disciplinae liberalioris. Qua omnes memini carere, qui incendii facti crimen incurrerent. Sed potest quicquam magis alienum esse ab humanitate et justitia, quam tali alicui rudi et imperito pusioni atrocissimum genus supplicii decernere et irrogare, eique veniam aetatis, ex omnibus naturae institutis debitam et concessam, civilium legum arbitrio recusare? Atque si quis dicat, maximis malis remedia duriora adhiberi oportere: id, quamvis verum in se, ad hanc causam nequaquam recte accommodari videatur; non solum quia nihil, quod discedit ab aequitate, ad salutis publicae praesidium debet adhiberi, sed etiam quod, proposita illa poena, huic puerorum petulantiae nullo modo cavetur. Etenim docuit me harum rerum usus, pueros legis incendiariae comminationem istam ne intelligere quidem, multo minus per eam deterreri. Perinde sententiam damnatoriam sibi praelectam et explicatam

ıudiunt, plerumque, sine ulla animi commotione, ejusque, nisi jam adventante die supplicii, vix recor-lantur. Sed tanto vehementius virgas et flagella re-formidant: qua animadversione, si quidem in recenti ıdhuc delicto pueris incendiariis adhiberetur, nulla ıeque peccantibus, neque caeteris terribilior posset nveniri. Sed castigatio haec sit, non poena et anim-ıdversio: igitur pro aetatis et peccati modo, et omni-ıo sic illa debet comparari, ut absit infamia: cum qua citius quicunque integer ac bonus paullatim pra-vus evadat, quam pravus aliquis melior correctiorque. Quapropter nec in ergastulum, sed forte in aliquod orphanotropheum illos censeo esse committendos.

Nunc lubet Nostri Ordinis decretum quoddam ad-lere, per quod puerum quatuordecim annorum a sen-entia mortifera in eum pronuntiata liberatum vidimus. Is igitur, sive suae indolis, sive domesticae ac ɔublicae disciplinae vitio, rudis, ignarus et omnino ıaud bene moratus, in domo heri, apud quem per riennium servuli pecuarii ministerium fecerat, ignem ımmittebat in horreum; spongia candente injecta per ɔarietem fissum disjunctis tabulis; eo quidem loco lelecto, in quo stramenta posita esse haud ignorabat. Quo facto adstitit cominus et igni se jam explicaturo ıttendit; etiam subinde introspiciens in cohortem. Ad fumi et flammae conspectum primus ignem excla-navit ipse, atque confestim sua omnia, diligenter im-ɔosita in arcam, secum deportavit et in heri sui ıgrum collocavit: hinc se recipiens in aliquem hor-um vicinum, in quo ultro citroque, etiam supra mu-rum, cursaret, inter maximos ejulatus et clamores; ıon viso horti domino, quanquam prope adventante. Posthac cum parente sibi obviam facto, in patriam lomum, cujus perpetuo jam antea desiderio agitatus

fuisset, laetus properavit. Suspicionem, quam sibi, imprudens et inscius, intulerat ipse non probabilem, sed certam et manifestam, nullo modo studuit propellere ac declinare; ad primam statim interrogationem aperte confessus, incendii parandi consilium illo sibi die, dum e lectulo surgeret, in animum venisse, duabus quidem horis ante immissam spongiam: atque hactenus deliberato animo se peccasse haud infitiabatur. Sui excusandi causa nihil in judicio afferebat, nisi quod ab hero se aliquanto durius habitum fuisse querebatur. De ulciscendi studio negabat, ita tamen, ut diceret, se herum terrore et aliquo incommodo voluisse ludificari.

Quaestio ad Nostrum Ordinem deferebatur haec:

Ob, besonders nach dem Inhalte der fol. — sq. befindlichen eidlichen Aussagen und den ärztlichen Beobachtungen anzunehmen sey, dafs Inquisit, Carl Gottlob Nähle, zuweilen in einen Paroxysmus verfalle, in welchem er, seines Verstandes und der Ueberlegung beraubt, ohne Bewufstseyn zu handeln und einen zuvor gefafsten Entschlufs auszuführen im Stande ist.

Responsum est modo hoc:

Ob wohl 1) Kennzeichen eines bedenklichen Gemüthszustandes, vielweniger Anfälle der Art, wie die vorliegende Frage angiebt, in dem Nählischen Knaben, vor der von ihm geschehenen Brandstiftung, nicht wahrzunehmen gewesen; indem auch die Eltern (Bl. —), welche doch den Zweck und Erfolg ihrer über diesen Punct jetzt erforderten Aussage, sehr leicht errathen konnten, ausdrücklich verneinen, von den vormahligen epileptischen Zufällen ihres Sohnes einen nachtheiligen Einflufs auf seinen Verstand ge-

sehen zu haben; auch bey der Handlung selbst, nahmentlich in dem zwey Stunden vorher gefaſsten Entschluſs (Art. —), in der Benutzung der Abwesenheit der dabey zu fürchtenden Beobachter (Art. —), in der Vorbereitung der Mittel (Art. —), in der Wahl der in der Scheune mit Stroh belegten Stelle (Art. —), Absicht und Ueberlegung, so wie in der eingestandenen Bewegursache: Raben einen Possen zu thun (Art. —): Spuren einer Art von Rachgier nicht zu verkennen sind, und es daher das Ansehen gewinnt, als ob schon mit diesen Thatsachen allein dem Anführen der Vertheidiger widersprochen sey, welche hier den Einfluſs eines wahnsinnartigen Zustandes finden wollen: 2) weder die Anzeige des Gerichtsfrohns von dem Befinden des Burschen in dem Gefängniſs (Bl. — ff.), noch der, (Bl. —), zu den Acten gebrachte pflichtmäſsige Bericht des Stadtphysicus, Angaben zu enthalten scheinet, aus denen, nach Grundsätzen der gerichtlichen Medicin, auf solche Anfälle, wie in der Frage gemeint sind, mit Wahrscheinlichkeit geschlossen werden könnte: indem, anlangend die auch sonst in den Acten bezeugten Beängstigungen, welche nach Nählens wiederholter Versicherung, auf seinen frevelhaften Entschluſs gewirkt haben sollen (Bl. — Art. —), ein sehr gewöhnliches Symptom sind, welches, an sich selbst, für Verstandesverwirrung nichts beweiset; und so auch die vormahlige epileptische Nervenkrankheit, wenn sie zu der Zeit, wo sie noch Statt hatte, nach dem Zeugniſs der Eltern (Bl. —), dieſsfalls ohne nachtheilige Wirkungen war, jetzt zwey Jahre nach der Heilung, als Ursache eines vorübergehenden Wahnsinnes, keine Berücksichtigung zu verdienen scheinet: 3) vorübergehende Anfälle von Verstandesberaubung, der oft

erwähnten von Trübsinn befolgten Beängstigungen ungeachtet, in diesem jungen, leichtsinnigen Burschen (Bl. — —), eben so wenig aus geheimer Melancholie, als, 4) bey dem doch schon über die Hälfte zurückgelegten 15ten Jahre, aus einer mit dem Blödsinn verwandten kindischen Einfalt, oder 5) aus dem von dem Vertheidiger in Anschlag gebrachten Heimweh (Bl. —), begreiflich seyn dürften; welches letztere mehr in der Luft und in verhältnifsmäfsigen Schwierigkeiten des Othemzugs, als in dem Sehnen nach der Heimath beruhet, und sonach 6) die Uns zugesendete Frage, in keiner von allen diesen Ansichten, zu bejahen wäre:

Dennoch aber da 1) derjenige verborgene Wahnsinn, welcher bald als Tollheit, bald als Schwermuth oder auch nur als Blödsinn, und in eben so verschiedenen Formen, oft unerwartet, in vernunftwidrige Handlungen ausbricht, sofern er an sich selbst Gedächtnifs, Besinnung und überhaupt den Gebrauch der geistigen Kräfte nicht hindert, oft nicht eher in Wirksamkeit gesetzt, vielweniger sichtbar wird, als bis der ebenfalls verborgene Gedanke und Entschluſs einer solchen Handlung in den Tiefen der Einbildungskraft und des Willens belebt ist: und so auch der Handlung selbst, indem sie darum nicht minder dem Wahnsinn angehört, Zweck, Plan, Ueberlegung, List, ja sogar Bosheit und Rachgier voran- und beygehen können: dergestalt daſs Unkundige da, wo die gewöhnlichen Merkmahle nicht auffallen, und im Gegentheil Beweise von Urtheilskraft, oder Bosheit sich zeigen, irre geführt von dem gemeinen ungelehrten Sprachgebrauch, an Wahnsinn nicht denken und wenn Aerzte, oder Richter, ihn bey Criminalprocessen in Anschlag bringen, nicht glauben: wiewohl

was den gegenwärtigen Fall betrifft, einige Umstände, selbst in der Gattung jener gewöhnlichen Merkmahle, äußerst auffallend sind: daß der Knabe sich des Betteljungen überhaupt und also auch, daß er ihn an jenem Morgen des 12ten May gesehen und gesprochen, durchaus nicht zu erinnern vermag (Bl. —), und doch höchstwahrscheinlich das Feuer in dessen Beyseyn, auf jeden Fall, am hellen Tage angezündet hat; für seine Verborgenheit keine Maaßregeln nimmt, im Gegentheil, nach der That, auf der Gartenmauer hin und her geht, dann wiederum in einen benachbarten Garten, ohne den Eigenthümer desselben gewahr zu werden, oder als Zeugen seines verdächtigen Betragens zu fürchten, heult und schreyt: 2) Beängstigungen, dergleichen er die letzten zwey Jahre und besonders in seiner kurzen Dienstzeit bey dem Bauer Rabe (Bl. — — —), gehabt hat, zwar an sich selbst etwas Unbedeutendes wären; aber, im Zusammenhang mit der vormahligen Epilepsie, ein Symptom von großer Bedeutung sind und zur Bejahung der vorliegenden Frage einen sehr wichtigen Grund darbieten; nicht allein weil die Epilepsie in dem Gehirn, von der einen Seite Schwäche, von der andern erhöhte Reizbarkeit zurücklassen und also, bey Hinzukunft anderer physischer und moralischer Ursachen, Anlagen des verborgenen Wahnsinnes bereiten, sondern auch und vornehmlich, womit zugleich das sehr richtige Urtheil des Stadtphysicus (Bl. —), übereinstimmt, weil die mehr unterdrückte, als überwundene Krankheit dabey insgeheim mit im Spiele seyn und, statt der ihr gewöhnlichen Zuckungen, diese Beängstigungen erregen konnte; die, zumahl da, wo sie die Gemüthsstimmung schnell und ohne sonst merkbare Veranlassung, wie hier, verändern (Bl. —),

höchstwahrscheinlicher Weise von derselben unmittelbaren, oder mittelbaren Reizung des Gehirns abhingen, welche zuvor die epileptischen Zuckungen verursachte: mithin, der der Brandstiftung geständige Knabe, als berechtigt zu dem Vertheidigungsgrunde anzusehen ist, welchen, für noch so böse Thaten, die Epilepsie in dem Grade gewährt, daſs jedem Verbrecher, der mit derselben behaftet ist, oder war, bis zum Beweis des Gegentheils, die Voraussetzung eines zweifelhaften Gemüthszustandes, medicinischer und dann auch juristischer Weise, zu Statten kommt: 3) eine bloſs thierische, d. h. nicht in klaren Empfindungen der Traurigkeit und Schwermuth, sondern nur allein in Reizungen des Gehirns und des Nervensystems und in Drängnissen des Blutlaufs beruhende Niedergeschlagenheit, welche zuweilen, und wenn die Besinnung dadurch unterdrückt wird, dem vorhandenen Anlaſs gemäſs, periodisch, entweder in Tollheit, oder in Thorheit übergeht, besonders in dem Zeitpuncte weder ungewöhnlich, noch unerklärbar ist, wo die Mannbarkeit einzutreten beginnet; vornehmlich wenn sich zu den dahin strebenden Naturbewegungen, so wie hier, noch auſserdem andere Gehirn- und Nervenzufälle gesellen und dieselben behindern: 4) die kindische Einfalt, d. h. der Zustand, wo der Mensch, in sofern mehr Thier, bloſs in der physischen Welt lebt und die moralische und politische noch gar nicht gewahr wird und sie, wie sehr auch Unterricht und Zucht die Aufmerksamkeit darauf zu erzwingen bemüht sind, theils mit dem Verstande nicht begreift, theils mit dem Willen nicht berücksichtigt, sehr leicht, besonders wenn kindische Leidenschaften, z. B. des Eigenwillens, oder der Schadenfreude, wie vielmehr wenn, wie in dem gegenwärtigen Falle, krankhafte Zustände

mitwirken, die tollsten Einfälle erregt und diese bald in langsamen und stillen, bald in plötzlichen und heftigen Anwandlungen oder Paroxysmen, unbekümmert um die Folgen, ausführet: und nun außer Zweifel ist, daß der Nählische Knabe, abgesehen von dem in dem Feuermandat, besonders für das männliche Geschlecht, medicinisch, viel zu früh gesetzten Termin der Verstandesreife, nach den Grundsätzen der Physiologie, sich in den Jahren der kindischen Einfalt wirklich befand; die nicht eher, als mit der, bey Knaben später, entwickelten Geschlechtsreife, zu dem ersten Grade der für rechtliche Zurechnung erforderten Verstandesreife übergehet: daher auch die gerichtliche Medicin, für sich allein, und durch Criminalgesetze, die außer ihrem Gesichtspunct liegen, nicht eingeschränkt, den moralischen Vernunftgebrauch, für beyde Geschlechter, nicht auf eine gewisse Zahl von Jahren, sondern auf die vorhandenen Kennzeichen der Mannbarkeit stellet: überdieß von kindischer Einfalt außer den N. 1. angeführten Kennzeichen der Verstandesschwäche, die gedanken- und kummerlose Gleichgültigkeit bey seinem Zustande, und sogar nach Eröffnung des schreckenvollen Todesurtheils, einen deutlichen Beweis giebt (Bl. —): 5) das Heimweh, hier, nicht in der gelehrten, pathologischen, sondern in der gemeinen Wortbedeutung für Sehnen nach der Heimath und nach dem elterlichen Hause genommen, eben in den Kinderjahren die stärksten Gemüthsbewegungen, bald der Schwermuth, bald des Zornes und Trotzes zu erregen pflegt, und also diesen Knaben, besonders bey den mit der Epilepsie verwandten krankhaften Beunruhigungen des Gehirns, gar wohl zu dem aus kindischer Schadenfreude und kindischem Witz zusammengesetzten Ein-

fall hinreifsen konnte, dem Dienstbauer Rabe, durch Anzündung der Scheune, einen Possen zu thun und zugleich, in der nun in dem Hause entstehenden Unordnung, zu den Eltern zurück zu kommen: welches Alles mit der, unter den jetzt heftigern Beängstigungen, gefühlten Unmöglichkeit, bey Raben einzugewohnen und auszuhalten (Bl. — — —), so wie mit der gerichtlich medicinischen Erfahrung, welche ähnliche Beyspiele von den gewaltsamen Wirkungen des kindischen Heimwehes aufweiset, vollkommen übereinstimmet: also 6), *wenn man alle diese hier vereinigten Umstände medicinisch und psychologisch erwägt, gar wohl begreiflich wird, wie durch die, von der vielleicht übel behandelten und in ihren Ausbrüchen vorzeitig gehemmten Epilepsie, zurückgebliebenen Nervenunruhen und Beängstigungen, welche theils von dem ersten Aufruhr der thierischen Mannbarkeit, theils von den wehmüthigen Empfindnissen und sehnenden Leidenschaften des den Kindern natürlichen Heimwehes verwehrt wurden, bey kindisch einfältigem Hinwegsehen von moralischen und bürgerlichen Gesetzen, in diesem Knaben sichtbare Ausbrüche von Vernunftlosigkeit entstehen konnten:*

So urtheilen Wir:

Es sey überhaupt nach den Acten, und besonders nach dem der fol. — Inhalte befindlichen eidlichen Aussagen und den ärztlichen Beobachtungen anzunehmen:

Dafs Inquisit, Carl Gottlob Nähle, zuweilen in einen Paroxysmus verfalle, in welchem er, seines Verstandes und der Ueberlegung beraubt, ohne Bewufstseyn zu handeln und einen zuvor gefafsten Entschlufs auszuführen im Stande ist.

36.

DEPRECATIO PRO CRIMINE INFANTICIDII I.

1811.

In hac me semper sententia fuisse profiteor, ut, si quas leges animadverterem in manifesta populi offensione et in communi quodam odio versari, eas multum vitii habere et vel ad naturam hominum non satis aptas, vel temporum ac locorum rationibus parum consentaneas esse suspicarer. Nec facile aliquem haec suspicio fallat; quam exemplis comprobatam habemus multis et luculentis. Ut, cum tetrum illud nuper per tormenta quaerendi genus apud nos in usu erat: non tantum aliqui molliores atque misericordiores id abhorrebant, sed communiter omnes, ac postremo ipsi etiam quaesitores et judices. Et si quis incerti criminis reus, nondum deleta innocentiae opinione, inter lamentabiles fletus et ejulatus, at hanc carnificinam trahebatur, et e longinquo (nam prope adesse non licebat), ille doloris subinde in furorem exardescentis non clamor, sed fremitus atque mugitus inaudiebatur: quae miserantium exclamationes, quae indignantium vituperationes jactabantur! Sed in universo hoc genere nihil nunc improbari video liberius atque apertius, quam miserrimarum mulierum, quae partum, cujus se matres, sine conjuge, profiteri non auderent, e medio sustulerunt, supplicia cruenta. Quae plerique hodie oculis fugimus, animis aversamur omnes: eorum vel commemoratione, haud multo aliter permoti, quam cujusque insontis nece violenta.

Enimvero miseratio haec illius popularis sensus ac judicii vox putanda est; quam, ut quisque maxime intelligit in gubernatione civitatis summam justitiam summa humanitate temperari oportere, ita maxime attendendam et insequendam arbitrabitur. Quae ut latius propagaretur et de privatis hominum sermonibus ad legum emendandarum consultationes publicas perveniret, et tandem aliquando judiciorum decretis resonaret: hanc ego pro infanticidio deprecationem suscepi, non, quod forsitan vocabulum arguat, precibus innixam et considentem, sed argumentis a nobilissima parte medicinae forensis (eam dico, in qua lumen extat et quidam vigor philosophiae), instructam et firmatam. Ad quod negotium mei mihi muneris religione impositum, ita me comparavi, ut primum ipsius delicti omnem rationem declararem, ac deinde perspicuum facerem, communes de homicidio leges ei nullo pacto convenire. In quam primam particulam sermonis mei ille paullo difficilior locus incidit de sexus foeminei natura; qui nihil non praesidii mutuat ab anthropologia, quam consociatis medicorum et philosophorum litteris effectam et utrorumque usibus accommodatam habemus. Est vero ejusmodi ho deprecandi genus, quod vereor ut magnopere placer possit illis quidem occultis osoribus philosophiae, qu si haec operam suam extra scholarum angulos pro ferre et ad civitatis instituta se adhibere gestit, eju se apertos adversarios profitentur. Cum his, utpot negantibus principia, vel, quod magis credo, non in telligentibus, nulla mihi super hac re neque consen sio erit, neque dissensio.

Quoniam infanticidium non fit, nisi amorum prae gressione illicitorum: si jam ostendero, horum culpa aut nullam, aut perexiguam ad reas pertinere, magi

pars detracta erit earum accusationi. Jam vero sexus foemineus, sicut in omnibus virtutibus, quae naturae magis sunt, quam rationis, tum eo maxime, virilem ntecellit, quod cupiditas venerea, quae in hoc nihil sse videtur aliud, quam ministra et effectrix volup- atis, in illo tota comparata et directa est ad sobolem rocreandam. Cujus annon viris quoque desiderium liquod innatum sit, serio queas dubitare. Eorum nim alii adolescentiam leviter diffundunt per vagos mnes ac varios amores, cum quibus nullo modo veant fieri patres. Tum, aetate confirmatiore, in neundo conjugio nihil tantopere spectant, quam vo- uptatem libidini paratiorem et a legibus securiorem; rolem ne nunc quidem serio exoptantes, ita ut, si a careant, parum absint, quin id sibi haud ingratum sse fateantur; quantumvis hinc afflicta conjuge. Alii, ui hoc aegrius ferunt, non tam liberos habere cu- iunt, quam posteros; nominis quidem sui ac stirpis ropagatores, fortunarumque ac possessionum succes- ores atque custodes. Eorum vero, qui liberos per e, et propter verissimum illum societatis domesticae ructum expetant, mira est paucitas. Itaque credas, iros plerumque cum mulieribus hoc unum quaerere: rgentis stimuli dulcissimam liberationem.

In sexu foemineo autem haec quasi liberalior cu- ido est, quae voluptatem non propter se quaerat, ed propter illud procreandae sobolis studium, divino nstinctu ingenitum et animatum. Quod in mulieribus nvictum fore arbitror, etiamsi ejus expletio omni vo- uptate careret, imo vero per summos dolores obtine- etur. Et permultae, cum marito nequaquam formo- o suisque amoribus plus taedii, quam jucunditatis af- erente, non tantum concorditer vivunt, sed etiam manter; dummodo subinde graviditates et partus sibi

ab eo afferuntur. Quorum neque gestandorum incommoda, neque edendorum pericula mulieres detrectant. Visae sunt, quae, cum, primiparae, sectionem caesaream passae fuissent, eamque, iterato puerperio, iterum sibi subeundam fore, omnium medicorum judicio prospicerent, ne tanti quidem cruciatus providentia et formidine a mariti complexu deterrerentur. Quamprimum vero ingredientem graviditatem persentiscunt: ab amoribus extremis, ad quos jam non libidine tantum, sed propemodum sensu carent, eorum quasi satietate, repelluntur. Multo magis defugiunt illos, quoad lactant. In qua diuturna conjugii intermissione totas se ad parvulorum alendorum delicias revocant, admirabili patientia emtas, quam pro his quasi venalem habent; nunquam querulae, et ad assiduas molestias paratae, quarum mariti vix conscii esse velint, nedum participes. Igitur, ut magna sit in sexu muliebri vis venereae cupiditatis: tamen ea non est, quemadmodum in virorum genere, mere libidinosa, sed prolis connato desiderio suscepta, eique reservata inprimis et consecrata. Quae cum ita sint, insulsum est ac plane rusticum illud, quod ineptissimi homines et per risum multum scilicet noscendi, effutiunt, sicubi virginem aliquam vident cum viris juvenibus, quam cum vetulis matronis, paullo hilariorem: en ista viro nimirum opus habet. Namque non tam virum mulieres appetunt, quam liberos; tametsi illum quoque, siquidem liberi non gignuntur sine genitore. At ne sic quidem in illicitos amores ferrentur, sine fraudibus ac praestigiis virorum: nec ulla unquam visa est se in illos offerre ultro, nisi aut ex utero insaniebat aut, per virorum corruptelas, ad meretriciam turpitudinem jam dudum abjecta erat.

Verum haec, in sexu muliebri, cupiditatis vene-

reae taciturnitas quaedam et retentio non usque adeo valet, ut puellae, insidiarum improvidae, non facile succumbant sollicitationibus impudentissimorum ereptorum pudicitiae, qui omnibus blanditiis et palpationibus eas pellicere atque captare didicerunt. Contra quos nihil habent, quo se tueantur, praeterquam ut primis eorum petitionibus assiduam opponant cavendi diligentiam, legum divinarum humanarumque metu corroboratam. Qualem facilius iratus judex aliquis a rea criminose poposcerit, quam haec praestiterit. Etenim quae per lapsum virginitatis in crimen infanticidii irruunt, eae, paucis exceptis, omnes sunt puellae rudes experientiaeque ac prudentiae inopes, nec sanioris disciplinae domesticae praeceptis et exemplis excultae, ad religionis christianae autem non sensum imbutae, sed tantummodo formulam aliquam festinanter ac leviter institutae. Talis profecto quidquid sexu suo peccaverit, animo peccasse impotenti existimanda est. Quam excusationem viri nequaquam possunt participare; quippe qui praestigia sua meditantur et consulto instruunt; etiam legum meliiis conscii ac memores, ideoque illam non voluntariam libidinis ebrietatem et incontinentiam, in quam ipsi quoque ad extremum incidunt, libera voluntate praeparantes.

Quae ne quis a me pro foeminis nimium clementer, et in viros iniquius dici arbitretur: lubet, hoc deprecandi argumentum, ex interiore illius sexus natura petitum, explicare paullo diductius. Igitur quaecunque sit hominis ex homine generandi ratio: collatis physiologorum nobilissimorum animadversionibus et decretis, in hoc interim acquiesco, ut in illo uteri diverticulo, cui ovarii nomen fecit aliqua olim opinio ovulorum, recondita sint, si non ovula quidem, de-

scripta illa magis a Graafio, quam reperta, tamen fluida corpuscula quaedam, vesiculis comprehensa et inter se disjuncta; quae seminis virilis eo penetrantis attactu et efficientia impraegnentur: sive quod embryonis partiumque humani corporis figuram et compositionem adumbratam ac praeformatam in se continent: sive quod sua cum semine coitione in humanam speciem finguntur, per illam quandam vim genetricem, paullo aliter nuper, quam a priscis, intellectam a Blumenbachio, ingeniosissimo ac sollertissimo indagatore rerum, quae naturae tenebris involutae sunt. Jam in illis omnibus etsi nihil satis est ad declarandam generationem: tamen eo sufficiunt, ut videas, illud, quod exposui, sobolis procreandae desiderium cum maxime in istis ovulis Graafianis vigere, et ad haec expedienda perque tubas Fallopianas ad uterum promovenda, obscuro conatu intendi et agitari. Inest enim ovario, a nervis hypogastricis spermaticisque, acerrimus sensus; qui occlusis illis igniculis exstimulatus, hunc conatum commoveat. Ad quem intus calentem fomitem dum flammae accedunt virilium amorum: desiderium gignendae prolis jam in cupiditatem veneream effervescit vehementiorem, cujus incendia, inter hanc mentis ebrietatem et alienationem, non possunt temperari; ita ut puellae, quum ad hunc statum perductae sunt, non morum vitio, sed necessaria sui sexus proclivitate, in maris complexum labantur.

Est enim perturbationum omnium certus denique modus, ultra quem ratio humana sibi nequit constare. Qui si non voluntate, sed aliquo coactu, sive externo, sive interno, exceditur: pro maximis delictis locum non habet animadversio. Quid quod ne in iracundiam quidem firmum rationis ac certum imperium

st. Quae diu et continenter lacessita, nonnunquam tiam in viris moderatis et ab injuria maxime alienis, se tandem continere nescia, in brevem furorem xcandescit, qui parum absit ab adversarii occisione. Atque ut talis aliquis, impotenti animo, gladium poposcerit: sic puella, in illa, quam dixi, mentis ebrieate, mari se dederit commiseritque. Quod simile i quis dissimile deprehendat, is parum philosophus it. Quod enim cupido muliebris specie differt ab racundia furibunda, id non impedit, ne commune um ea genus habeat perturbationis extremae. Ergo i harum universarum intemperantia non voluntaria rimine caret: excusatio non minus ad unam, quam d alteram pertinebit. At istas rerum dissimilium imilitudines non reperire, aut repertas ab aliis non idere: id nimirum ingenii est studiis philosophiae on exercitati atque subacti. Quo qui laborant, ii in ogitatis philosophorum nihil non mirum atque montrosum deprehendunt.

Sed, ut revertar ad propositum, cum illo muebri gignendae prolis desiderio arctissime cohaeret psius matrimonii occulta quaedam appetitio: quae, uin ipsa quoque ingenita sit, non debet dubitari. Ianc quoniam mulieres parem in viris inesse, magno ibi errore persuadent: si a quo attendi se inprimis tque coli vident, continuo procum somniant, imo ero etiam maritum. Tanto magis puellae simplices t rectae, quae non meretricia cupiditate, sed nativo ui sexus instinctu, in virilem complexum se dedunt, l sumunt veluti certum et statutum natura, eum, qui unc extremum favorem contendat, socium ipsis esse ebere et adjutorem perpetuum. Quapropter, ante d hunc modum quam ei gratificantur, subtimidae ac uodam quasi omine perterritae, centies hanc inter-

rogationem iterant: sincere an ipsas amet? orantque illum et obtestantur, ut spondeat fidem servetque ac praestet sempiternam. Etenim communiter mulieres suae infirmitatis ac solitudinis, sine ullo experientiae admonitu, obscurum quendam sensum habent; quo prospiciunt, in quam miseram conditionem venturae sint, si quando ab auctore graviditatis destituantur. Verum prout affirmationi blanditiae accedunt, omnis illa demitur sollicitudo ac dubitatio. Quae credulitas certe in illis imperitis miranda non est, quae virorum mores haud propius cognoverunt. Quomodo enim mulieres insidias et fallacias metuant ab his, quorum tutelae ac fidei, ipsa natura, se commendatas atque concreditas esse sentiant? Aut unde in hoc sexu corporis et animi dotibus potiore, eodemque legum conjugalium statore ac vindice, eam non levitatem, sed petulantiam audaciamque inesse suspicentur, quae, spe conjugii, vetitos amores in ipsis concitet, ad famam ignominiosos futuros et ad fortunam exitiosos? Nempe sic tot miserae puellae a suis non amatoribus, sed perditoribus ludificantur.

Quae cum ita sint, si quid criminis habent partus extra matrimonium, habent vero tantum, quantum discrepant a lege: illius culpam omnem in viris manifestum est haerere. Quos vel hoc unum indicium et argumentum coarguat, quod omnino matrimonii non maximi fautores esse deprehenduntur. Nam plerique eo se committunt, non desiderio aliquo naturae, sed institutorum civilium observantia, aut spe fortunarum et utilium affinitatum; multi etiam quia voluptatem promtiorem nec multis difficultatibus quaesitam volunt habere. Itaque alii, qui leges melius atque tutius fallere, libidinisque solutioris ministeria sibi aliunde comparare didicerunt, in coelibat

ıe decoro quidem, nedum honesto, vivere malunt, [uam mariti esse mulierum optimarum. Taceo flagi-iosos amores virorum cum viris: taceo apertos ma-rimonii osores, eorumque foedera clandestina ad ma-rimonii, imo vero ad sexus muliebris, contemtio-em invidiamque sancita et conjurata. Alii, parum stis humaniores, conjugium hoc pacto ineunt, ut nul-um sibi flagitium cum eo non licere existiment, atque xori pellicem aliam super aliam adjungant, quam, rancogallorum imitatione, magistram sibi, etiam hoc oso nomine, ac dominam deligunt constituuntque. uae non tantum hominum illustrium et gratiosorum assim immoderatio esse solet, sed etiam aliorum, ui, vel propter ingenii sui excellentiam, a morum isciplina exemtos se ac liberos esse arbitrantur.

Cui vitiositati nihil non contrarium video in ge-ere foeminarum. Harum enim nulla, nisi gravissi-is rationibus permota, matrimonium devitabit; in uod haec earum inclinatio atque propensio est, ut iam illae procaciores, si occasio praebetur, propere ac libenter ex amorum suorum varietate ad stabile onjugium revocent; moribus hinc nonnunquam miri-e emendatis et in omnis uxorii et materni officii ltum adhibitis. Nec tantum sibimet ipsae de hoc atu et conditione gratulantur, sed vellent alias quas-nque omnes hac eadem felicitate beari: et si quam rginem ad id maturam cognoverunt, nuptias pro meditantur; in quibus conciliandis plus interdum dustriae ponunt, quam prudentiae consiliique.

Jam ut hic eximius in sexu foemineo favor ma-imonii, perinde atque dictum est de desiderio pro-, a natura magis quam a ratione ac virtute profi-scatur: tamen satis argumenti habet, ut intelligamus, illi utique ignoscendos esse hos praeposteros amo-

res, vana conjugii spe ac virorum vitio initos, et omnino cupiditatem venereanı, in mulieribus, huic saluberrimo instituto non adversari; quo demto ne ferocis quidem multitudinis coetus, nedum haec civilis hominum conjunctio esse potest, ad continendas necessitudines consanguineorum affiniumque, et omnino ad reipublicae statum, divinitus sancita et conservata. In qua neque concubinatus neque adulteria fore arbitror, si viri legum conjugalium vellent esse patientiores. Quantum enim, in toto hoc genere, homines caeteris animalibus praestant: tantum in eo mulieres ipsis viris antecedunt.

37.

DEPRECATIO PRO CRIMINE INFANTICIDII II.

1811.

Periniqua sexus muliebris, in societate civili, con-
itio est, qui legum errore, vel, quod magis puto,
arum non recta interpretatione, in hanc miram cau-
am devenerit, ut a rebus iis, in quibus praecipuam
jus excellentiam ac dignitatem natura constituisset,
graviditate et partu, crimen ei et probrum saepe-
umero exoriatur. Quod enim legum ad instituta
iatrimonii repertarum auctoritas stare non poterat,
um indomita voluptatis venereae libertate ac licen-
a: id non impediebat, ne in illis vel sanciendis,
el adhibendis diversa utriusque sexus indoles et ra-
o spectaretur. Igitur ut adulterii poenam pro foe-
iinis, praesertim viventibus in matrimonio, gravio-
em esse oportebat: ita viri, ne ipsi quidem illius
elicti veniam habentes, si mulieri partum illegiti-
ium attulissent, ejus rei omnem culpam sustinere ac
raestare debebant. Cui sententiae meae fidem, ut
pinor, facere possunt, illa in superioribus a me
isputata. In quo loco non defuturi sunt juriscon-
ılti, qui admoneant, pro illis levioribus mulierum
eccatis, in hac legum nostrarum clementia, philoso-
horum deprecatione haud esse opus; ignominiam
ero, si qua illinc inhaereat, non per leges imponi,
ed hominum opinione nimirum comparari. Ad hos
uplex mea responsio est. Primum vehementer ab-
orret ab aequitate et justitia, mulieribus inde vel

minimam mulctam irrogari, quippe, in hac causa, merentibus utique nullam; viris autem non talem ac tantam statutam esse, cujus metu clandestinorum amorum temeritas et petulantia retineretur. Deinde ignominia: unde ipsa quoque est, nisi a legibus? Nam in tali genere, in quo vel sola interrogatio judiciaria famae officiat, nulla tam exigua fuerit animadversio, a qua non perpetui dedecoris nota impressa relinquatur. Cum qua tot miserae, praesertim quae a dote non invitamentum praebent, vitam conjugii expertem agunt omnibus moeroribus et aerumnis afflictam atque oppressam. At, dicat aliquis, metuendum esse, ne, si graviditas sine marito nihil offensionis haberet, maximum pudicitiae muliebris praesidium amitteretur. Quid vero impudicum sit, quod peccato caret? aut peccatum, quod admittitur animo impotenti? Proinde non puellam pudeat simplicem virorumque ignaram et improvidam, quae horum blanditiis et promissis tanquam philtro aliquo et veneno inebriata, jam compescere ac sedare haud potuerit illum sui sexus instinctum, non vitiosae libidinis vehementia, sed vi causae divinioris, praepotentem. At vero istos pudeat assiduos voluptatum venatores, qui talem aliquam fraudaverint, et sexum muliebrem suis flagitiis violaverint, naturae quadam religione sacrosanctum. Cujus turpitudinis haud miror non pudere eos, quibus stuprum ludus est, in quo sibi nihil pudori esse credunt, praeter ipsum pudorem: adeo ut non erubescant, de his suis rebus gestis commemorare jactanter et gloriose, cum verborum obscoenitate ad popinarum et lupanarium jocos et cachinnos comparata. Quo nihil effici potest foedius.

Sed video alios quoque, ab istorum impudentia remotiores, qui serio nobis persuasum cupiunt, quod

aliquis amoribus extra conjugium indulgeat paullo liberius, id parum vitii habere, ad turpitudinem vero nomentum prorsus nullum. A quorum errore tanum equidem dissentio, quantum intelligo, sine legious conjugalibus ne urbem quidem, nedum populum constitui posse. Jam ut harum jussa et vetita, liberatis quadam privatione, magnam sexui virili moletiam injungere videantur, in toto hoc genere frenoum et coactus impatientiori (nam in foemineo incrediibilis illarum favor eminet): quandoquidem in marimonio fundamentum est hujus amplissimae societais, ad cultum humanum atque civilem et ad omnem fficiorum utilitatumque communicationem, publice onjunctae; ut quisque maxime ad virilis et fortis nimi laudem adspirat, ita maxime considerabit, imioderatam illam cupidinis venereae libertatem, feroitate magis assumtam, quam natura concessam, legius praecidi oportere, et ab optimo quoque magnifice fferendum esse pro statu civitatis.

Sed quoniam hujus tuendi studia non maxima sse solent, praesertim in populis iis, qui unius imerio subsunt: incitamenta illis addenda sunt quasi xtranea quaedam, a contentione laudis et contrariae irpitudinis fuga. Quamobrem non probo blandam lam indulgentiam eorum, qui in his amoribus clanestinis, in quorum accusatione ridere potius, quam asci consueverint, nihil non deprehendunt indiffeens ad viri honesti laudem ac dignitatem. Nam ut e virtutibus et vitiis opinio est: ita vel illis conseuendis, vel his devitandis hominum voluntas adhietur. Itaque recta de illis utrisque, inprimis intelgentium, existimatio, eaque per communem populi ensum diffusa et bonorum omnium sermonibus prountiata, cum multorum officiorum, tum maxime in

hoc genere idonea magistra et moderatrix putanda est. Per eam enim unam nobilissima laudis studia incitari videmus et cum admirabili constantia teneri. Quae quum sunt, nihil tam arduum et difficile, nihil tam magnum et praeclarum est, quod non audeat perficiatque animus virilis; a cujus robore et constantia virtus ipsa originem, et nomen traxisse videtur Atque hoc modo complures, dum vere suae famae consulunt, praeclare de republica merentur. Cuju rei perspicuum et illustre exemplum praebent milite generosi. Qui, non tam patriae amore (quippe bell consilio plerumque ignorato), quam propter vitandai reprehensionem ignaviae, nihil non laudabiliter facer consueverunt: adeo ut itinerum, expeditionum, ob sidionum duros ac diuturnos labores; aestus, frigor famem ipsam ac sitim, omnesque tempestatum ac re gionum importunitates, aequabiliter perpetiantur, si bique tolerabilius censeant gravissimis vulneribus sau ciari, mutilari, exanimari, quam famae suae levissi ma macula notari. Qua de re, si amorum illicitoru intemperantiae similis ignominia proposita esset, apud cives omnes haec opinio constaret, ei, qui vo luptatibus mollioribus servire, quam sapientissimaru legum institutis obtemperare maluerit, omnem viril animi laudem abjiciendam esse: etiamsi multi, pru dentiae politicae ignari et salutis publicae parum cu riosi, non intelligerent, in conjugiis virorum et uxo rum praecipuum societatis civilis fundamentum cont neri; tamen, vel hujus dedecoris metu, hanc in vitiositatem aspernarentur. Et cum vitandae turpit dinis obtinendaeque admirationis studia, quae, nost aetate, in dies animosiora existunt, in rebus n maximis, ad equestrium olim morum imitatione comparentur; adeo ut quisque fidentior audentiorq

pro levissimae contumeliae umbra et suspicione; gladio sibi decertandum, imo vero etiam ad mortem decernendum existimet: mirum profecto est, quod pauci nunc reliqui sunt, qui praeclarissimum illud exemplar antiquae fortitudinis ac nobilitatis, pro majoribus in hoc genere virtutibus, consequantur. Nam illa quondam equestris dignitas non bellicae, aut palaestricae artis laude terminabatur, sed ad omnes res praeclaras et magnificas, admirabili quadam animi altitudine et excelsitate, contendebat et, sui sibi vigoris conscia, non tantum se ipsam, sed omnes insontes ab injuriis prohibebat, prae caeteris vero sexum muliebrem in suam tutelam recipiebat, in quo adjuvando ac defendendo et vero etiam honorando ac reverendo, singularis quaedam magni et generosi animi praestantia posita putabatur.

Hanc venerabilem speciem ac formam antiquae honestatis utinam viri quicunque omnes, vel aetate, vel moribus juniores, intuerentur! ejusque admiratione, veluti sublimiore quodam spiritu animati, cum verioris laudis studia complecterentur, tum, maxime in hac gravissima parte, veterum equitum Germanorum mores imitarentur! Qui et omnino voluptates molliores despiciebant, et cupiditati venereae singularem sexus muliebris observantiam praeponebant; ita, ut non tantum ei parcerent ubique atque succurrerent, sed etiam eum cum quadam religione colerent, utpote in hac tenerioris naturae infirmitate, virorum fidei commissum; nihil cum eo leviter, nihil fraudulenter, nihil humiliter ac sordide agerent, sed graviter omnia et ex fide bona, imo vero etiam generose ac magnifice; et, in mulierum consuetudine, vultus et habitus severitatem paullo austeriorem, ad amabilem illam et decoram comitatem urbanitatemque demitte-

rent et, utramque utraque temperando, incomparabilem sui jucunditatem et gratiam efficerent. Nec aliud ego contra libidinis impetus firmius ac certius munimentum reperio, quam hoc, quod positum est in laudis contentione, et in fuga turpitudinis ejus, ad quam, si quid in hoc genere indignius et abjectius feceris, etiam ignoscentibus legibus et silente hominum opinione, tuae te ignaviae et vecordiae conscientia ad tuimet ipsius contemtum deprimat abjiciatque. Etenim quae scholarum more contra hanc pravitatem disputantur, ea partim non satis vera sunt, partim virorum cultiorum ingeniis parum consentanea deprehenduntur.

Sed quorsum haec disputo? Ut appareat, in ignominia, quae tot insontibus mulieribus a partu extra conjugium immineat, et summam iniquitatem, et potiorem infanticidii rationem versari. Nam ejusmodi haec ignominia est, quae non unius reae personam attingat, sed parentes quoque ac consanguineos labe quadam et macula afficiat. Itaque mirum non est, miseras illas, his, quibuscum sollicitudinem hanc et curam una communicare deberent, graviditatem, quoad possint obtegere ac dissimulare, imo vero etiam quaesitas de ea non confiteri: quippe eorum objurgationes, maledicta et furores vehementius pertimescentes, quam supplicium extremum. Itaque irati accusatoris, non judicis moderati est, fidem reae denegare omni asseveratione affirmanti, se, disciplinae domesticae formidine, graviditatem occultasse. Aliae confessionem protrahunt hac spe, partum se aut non vivum, aut non maturum esse edituras. Spe igitur? Imo vero spe, inquam. Nam quae ad hanc miseram fortunam detrusae sunt, iis haec una spes reliqua est: jucundissimae spei amissio.

Nec tantum turpitudo, quae in auctorem graviditatis conjici debebat, illis omnis injuncta est; sed etiam haec in eas legum iniquitas deprehenditur, ut suorum perditorum peccata luere, insontes, et illegitimi partus alendi, educandi, sustentandi molestias et aerumnas omnes suscipere et exhaurire cogantur; pro exigua dote, ad earum derisum et contemtum magis, quam levamen et adjumentum, constituta. Sed de his dicam in tertia prolusione.

38.

DEPRECATIO PRO CRIMINE INFANTICIDII III.

1811.

Si quis Vestrum, Lectores, admonebit, ista omnia, quae in prolusionibus superioribus de abolendo illegitimae graviditatis crimine et opprobrio disputaverim, quamvis vera et luculenta, nimium longinque ad excusationem infanticidii arcessita deprehendi: immemor propositi et instituti mei non considerabit, nihil mihi magis necessario faciendum fuisse, quam ut in aditu ad hanc causam ostenderem, illi delicto locum apud nos futurum non esse, si virorum levitas ab illicitorum amorum intemperantia petulantiaque, vel generosiore aliquo sensu avocaretur, vel legum et existimationis publicae metu absterreretur; mulieres autem pro eo, quod infantem extra conjugium edituae essent, non tantum suae famae atque saluti incommodum prospicerent imminere. Neque per argumenta illa instruere hanc a me susceptam deprecationem volebam, sed praeparare ac praemunire. Quod cum, ut spero, effecerim: venio jam ad ea, quae graviora sunt meoque scribendi consilio propiora. Et quoniam illum perdifficilem locum de occultatione graviditatis nuper ego leviter tantummodo, et properans ad scriptiunculae finem, tetigi: lubet eum diductius explicare deinceps.

Igitur etsi nequit dubitari, quin optime cautum foret necibus infantum illegitimorum, si puellae de graviditate nullo pacto sibi reticendum putarent: ta-

men, quod multae in hac re aliter faciunt, quam legibus praescriptum est, ita non miror, ut intelligo, in hoc praescripto magnopere discessum esse ab ea aequitate, sine qua ne saluberrimarum legum quidem aut stabile firmamentum, aut paratum obsequium esse potest. Etenim taciturnitas haec et infitiatio, in quam tanta cum severitate animadversum video, expers omnino malitiae et impietatis est, nec quicquam simile habet cum obstinatione ac pertinacia hominum facinorosorum, qui, cum aliquid nefarie scelerateque commiserunt, vel nulla maleficii sui conscientia moventur, vel hujus perpetuis angoribus noctes diesque agitari malunt, quam eorum liberationem confessione ingenua quaerere, et ita sibi reconciliare internum illum injuriae vindicem ac punitorem. Quocirca non probo judices, qui reae, quae de graviditate negaverat paullo perseverantius, ita succenseut, velut ea malo animo id fecisset, per contumaciamve. Etenim foeminam sine marito gravidam quomodo haec cogitatio subierit, se in tali delicto versari, de quo celare, nisi violata officii religione, non possit? Nam quod ad extremum complures, etiam multis cum lacrimis, affirmant, se nihil non poenitere: ea non alicujus peccati, sed amissae famae atque fortunae poenitentia est. Quanquam hoc moerore communiter se ipsas fallunt, tum alios ignaros ingenii humani. Ergo, quandoquidem non abscondunt impium facinus aliquod, sed rem aliorum magis, quam sua opinione inhonestam: saltem conscientiae suae admonitu non impelluntur ad eloquendum.

Deinde ipsae saepenumero incertae sunt perdiu: praesertim quum menstrua non cessant, aut morbi vitio suppressa fuerant multo ante: quod etiam iis accidit, quae semel tantum, vel ad summum bis, in

maris libidinem inciderant. Et ubi tandem se praegnantes sentiunt: huic plerumque opinationi multum indulgent, fieri tamen posse, ut foetus vel immaturus aboriatur, vel inter partum emoriatur. Quae spes licet miserrima sit, tamen laeta illis efficitur contrarii metus amotione eamque vim habet, ut nihil properent, contra naturam confiteri de dedecore, quod ipsius naturae tristi beneficio occultatum iri existiment. Quotus enim quisque non videt, quantum abhorreat a sexus muliebris pudore ac timiditate, ignominiam sibi voluntariam consciscere nullo iniquo facto meritam, sed per falsas opiniones constitutam, eandemque maximis detrimentis auctam et exacerbatam? Qua de re nil mirum est, quod vulgo diffitentur quoad possunt, quantumvis asserta venia et impunitate. Imo vero etiam obstetricis attrectatu ac testimonio jam coargutae, affirmandi si non effugium, tamen moram quaerunt, vel haesitatione atque longo tractu verborum. Est enim ejusmodi confessio haec, quam a puella vix obtineas, nisi aut per multas preces ac suasiones, aut per vim aliquam terroris. Aliae in graviditatis principio et stadiis errant; ita ut, cum confessionem in ultimum tempus differre mallent, partus repentinus interea superveniat, idemque nulla earum culpa solitarius.

Denique plurimae vix quemquam inveniunt, quocum sollicitudinem suam audeant communicare; praeter ipsum graviditatis auctorem: apud quem confessio iis saltem non ignominiosa futura sit, aut calamitosa. Tanto magis mirum, quod huic leges nullum pro hac re officium imposuerunt. Eum enim utique oporteret puellam, ipsius peccato afflictam, excipere liberaliter et, vel matrimonii, vel idoneae dotis spe consolari ejusque animum a malis cogitatio-

ibus et consiliis abducere; deinde agere cum illius parentibus eosque sibimet ipsi ac filiae placare; hujus autem se in omnibus rebus tutorem ac propugnatorem offerre; adeo ut si, hujus detrectandae difficilatis causa, gravidae querimonias ac preces repudiasset, partus clandestini non conscius, sed correus, infanticidii autem, si hoc quidem posthac patratum uisset, consors haberetur et impulsor. Verum iste unc absens et obscurus latet, nunc propter egestaem neque conjugium inire, neque dotem praebere otest. Alii de stupro negant impudentissime, gravi-amque, acrius urgentem et de jure contendentem, ontumeliose ac minaciter a se repellunt. Alii, ad ixuriose vivendum satis divites, iidemque non mais voluptatum, quam avaritiae sordibus foedi, non e stupro quidem, sed de illata graviditate infitiantur. Nemini aliquando istiusmodi nequissimum verberoem, ut a dote se immunem probaret, hoc teterrium et dictu turpissimum coram cuncto judicii conssu afferre: se jampridem tali naturae vitio labora-, cum quo coitum vix ad voluptatem, nedum ad ecunditatem explere ac perficere possit. Accedunt iam causidici, qui, pro usitata calumnia juris, conessum cum pluribus confingant atque tandem cum avida, objectis aliquot nummis aureis, paciscantur; conditione, ut, si hoc donum gratuitum scilicet nueret, ne tantulum quidem sit impetratura. Ac maxime parentibus suis praecipuam in hac re humitatis et misericordiae fiduciam habere vellent: rum non objurgationes et iras, sed execrationes ate furores pertimescunt. Est enim hic mos multon, inprimis vitae genere ac fortunae humiliorum minum, ut filias suas mirum in modum negligant que, dummodo ad laborem domesticum haud segnes

et ineptae deprehendantur, vivere sinant ad ipsarum lubitum; at quum subinde metus irruit, ne virorum consuetudine licentius utantur, illis jam studium castitatis incutere velint per minas horribiles, omnium dirarum ac votorum atrocitate confirmatas. Toties hanc in commentariis judicialibus excusationem allatam vidi omnium testium fide comprobatam: patrem (namque matrum paullo clementius ingenium esse solet), patrem igitur minitasse haud semel, se filiam, pro levissima suspicione, ingenti fuste verberaturum ad necem et de domo ejecturum in viam.

Contra hos tantos pavores quid valeat legum vox et auctoritas, ipsarum quoque ad eos injiciendos, quam eximendos aptiorum? Itaque irritum earum consilium est; cum quibus ne nunc quidem puellarum gravidarum confessiones faciliores paratioresque habeamus. Nec habebimus unquam, donec ad certum humanitatis et justitiae modum illarum legem jussa et vetita mitigabuntur, atque puellae, aperte ac plane de suo statu confitenti, immunitas ab animadversione ac turpitudine praestabitur; hoc pacto, ut, occultato ipsius nomine, infans publico sumtu alatur; rea autem quae, contemto hoc praesidio subsidioque, nihilo secius partum clandestinum meditata esset, tum ob id ipsum puniatur, tum si, hac taciturnitate latitans, infantem sive interemisset, sive exposuisset, sive quacunque incuria ejus vitam neglexisset, poenam neci deliberatae nulla devitare queat arte et industria defensorum. Sed nimirum ad eam rem desiderantur apud nos hospitia illegitimis infantibus suscipiendis educandisque idonea. Quae quoad non erunt, magna in legibus haerebit offensio. At, dicat aliquis, magnopere alienum esse ab illa sexus foeminei praestanti videlicet, aliquas inveniri, quae isti cuidam pudor

c timori tantum concedant, ut prolem suam in par-
ıs clandestini discrimen committere malint, quam
bedire legibus iis, quarum haec manifesta ratio ac
rovidentia sit, ut puerperium neque matri crimino-
ım, neque infanti funestum evenire queat. Scilicet
ıae imperitae, quae illas leges vix memoria, nedum
telligentia comprehenderunt, earum salubritatem
ərspicient, expendent et aestimabunt eo usque, ut
, cum imperio sui, obsequantur! Haud mediocris
ofecto sapientiae est, mali prope instantis metum
vincere periculi cogitatione remotioris, ac ne hujus
ıidem certi et inevitabilis. Certe non magis vitupe-
nda ejusmodi inconstantia videatur in puella, quae
ıtae formidini non imperaverit, quam si vir mo-
ratus alioquin et fortis pedem gangraena vitiatum
i praecidi nolit, quanquam praemonitus et exora-
, ut vitae suae consulat et certam salutem spei
ıbiguae ac dubiae anteponat. Accedit etiam hoc,
od sensus amoris materni, qui in caeteris mulieri-
s gravidis ardentissimus esse solet, in his miseris
ruitur supprimiturque sollicitudinum et angorum
rpetuitate. Sed de hoc dicam postea copiosius.
Et quod permultae, legum suique officii melius
mores, in consimilibus metuendi causis, de gravi-
ate non tantum non infitiantur, sed ne reticent
idem: haec ratio est, quod vel judicio sunt et pru-
ıtia firmiores, vel animo teneriores molliores que.
l utrumque hoc naturae est, non voluntatis. Aut
; quia singulae illud efficere possunt, idcirco leges
tulabant communiter et promiscue ab omnibus?
ter est in maleficiis: pro quibus vana excusatio
, si dicas, reum non sua voluntate deliquisse, sed
ırae inclinatione, quippe nemo sanus non intelli-
quid rectum sit et a recto discrepans: ergo nec

ad impium facinus adigatur inscius aut non volens. Atqui reticentia illa non animi pravitate suscipitur, nihilque peccati habet, praeter omissionem legis; non statutae per aeternam illam juris et injuriae regulam, sed rectorum civitatis prudentissimo arbitratu inventae. Talem legem qui vel inscitia non pervident, vel incogitantia ac temeritate non observant, eos non puniendos putabimus, sed castigandos ac corrigendos. In quo loco fortasse animadvertent jurisconsulti, ob dissimulationem graviditatis, vel legibus nostris, nullam poenam irrogari. Itane vero existimatis? parum hoc poenae esse, quod inde infertur atque firmatu velut legitima quaedam suspicio infanticidii praemeditati; et reae de hoc delicto confessae omnes aditu ad clementiam judiciorum praecluduntur? aut error hanc suspicionem non carere, quam toties inanem viderimus omnibusque indiciis ac testimoniis dilutam?

Multo magis videndum est, ne, si rea ipso puerperio se absconderit; culpam ejus ultra modum exaggeremus. Nam istae formidines ut progressu graviditatis in dies existunt acriores, ita jam appropinquante et instante puerperio miserarum animos adeo percellunt, ut sui status conscios ac testes nunc etiam pertimescant vehementius. Haec non eo dico, ne ju dices hac eas quaestione premant et urgeant paull severius: cur solitudinem ipsae sibi compararverin nec, pro illius difficillimae horae momento, ope aut a parentibus, aut ab aliis domesticis poposcerint Sed tamen in ea re nihil faciendum est iracunde v accusatorie. Accedit illa, quam paullo ante dixi, sp et expectatio partus non vivi, utique miseranda p tius, quam in crimen convertenda. Etenim si natur contrarium est foeminam, inter hanc tantam ani oppressionem, nihil sibi tantopere optandum putar

nam ut proles, quam alvo gerit, vitae lucem non
tingat, et in desperatissimo optato hoc spem ali-
nam reponere suae salutis: illud etiam magis re-
ignat, quod leges hanc talem confessionem nullo suo
stituto adjutam, metu exprimere videntur. Acci-
unt quoque mirae et improvisae ad partum festina-
ones naturae, cum quibus infans maturus et omni-
firmus edatur: ita ut difficulter credas mulieri af-
manti, ad petendum auxilium sibi tempus defuisse.
isceptabatur apud Nostrum Ordinem aliquot abhinc
nos causa puellae, quae cum noctu latrinam petiis-
t, puerulum pepererat inscia, cloacae sordibus illico
ffocatum. Cui capitalis inde exorta est suspicio;
aesertim ob taciturnitatem. Sed paullo post evictum
:, illam de graviditate nullo modo celasse, nec
landi rationem ullam habuisse.

39.

DE FATUITATE FEBRILI OBSERVATIO, QUANTUM AD FACTIONEM TESTAMENTI.

1811.

Ne quid in scriptionis hujus indice offensionis habeat, vel ab insolentia et novitate, nomen fatuitati febrilis: rogandi mihi sunt lectores, ut huc repetan definitionem totius generis, quam in prolusione secunda tricesima declaravi sic: ut omnino fatuitas esse amentia talis, in qua legum veri et congrui conscientia impediretur non gravi aliqua perturbatione, qualis esse solet furiosorum, sed stupore illius sensus interni, qui harum legum una et interpres est, et exactor. Jam stupor hic si est intra febrem: efficitu illa, quam dicimus, fatuitas febrilis, a scriptoribu medicinae forensis, quod miror, neglecta et omissa Sunt vero alia quoque genera amentiae febrilis, e totidem, quot nos fecimus amentiae in universum Illa enim nunc ad maniae ferociam incensa deprehenditur, nunc ad melancholiae anxietatem et tristitia oppressa. Deinde in febribus plerisque omnibus, praesertim continuis, deliratio *) esse solet; modo alacritatis tenorem habens, modo somnolentiae, seque procedens perturbata et veluti distracta serie idearum cogitationum: quarum nequit esse ordinata et ap successio continuatioque, dum ratio de gubernacu decessit. Itaque, etiam in hoc postremo genere, ap

---

*) *Gedankenverwirrung;* in chronico morbo: *Verrückung.*

paret, morbos animi uno nomine amentiae omnes a nobis recte esse comprehensos: nisi quis fortasse eo referre velit leviora vitia quoque, attentionis, memoriae judiciive: quae, siquidem animi sanitatem non impediunt, morbis ejus nullo pacto debent adnumerari. Sed, ut revertar ad propositum, ista genera febrilis amentiae omnia nihil pertinent ad medicinam forensem; utpote in nullam unquam ventura controversiam juris. Nam si quis aegrotus in febre ita manifesto desipuisset: nemini, credo, in mentem veniret, ei aut ob factum iniquum ingerere crimen, aut promissa et conventa ejus rata facere. Qua de re tantum satis est considerare febrilem fatuitatem; hoc quidem modo, ut intelligatur, cum ea aegrotos nullam rerum suarum legitimam gestionem suscipere ac sustinere posse, et (in quo uno me jam contineo), omnium minime factionem testamenti habere.

Igitur fatuitas febrilis est de genere eo (liceat enim nostris partitionibus uti), quod semiplenum dicimus idemque morbosum. Sedem propriam habet in remissionibus febrium continuarum earum, in quibus magna est virium defectio; ut in typho. Aegroti delirant illi quidem; nec tamen aperte: sic, ut aliquis verborum vulgarem usum magis, quam proprium significatum, sequi solitus, delirium id esse difficulter concesserit: quandoquidem jam non loquuntur confuse. Verumtamen mentem iis non constare certum est signis aliis et luculentis. Primum enim sensus externi magnopere laborant; praesertim in agnoscendis ac nominandis rebus hominibusque. Sermones, quos praeter singulas vel quaestiones, vel responsiones, aut desideriorum suorum declarationes, vix ullos proferunt, modo huc modo illuc feruntur; non quidem celeriter ac per saltus, sed tarde admodum atque

per longa intervalla taciturnitatis: quae complentur lusibus phantasiae somnolentae. Cum hoc manifesto iis labat memoria; certe hoc modo, ut in nulla idea et cogitatione permaneant; quippe alteram prae altera obliviscuntur. Ad sermonem perpetuum inhabiles sunt. Nec aliorum sermones longiores audiendo insequuntur, et multo minus attendendo et intelligendo assequuntur. Ad judicandum autem sensu veri et congrui prorsus carent; propterea quod, in hac summa cerebri hebetudine et infirmitate, memores non sunt legum rationis: quibus silentibus et dormitantibus nullum neque judicium, neque consilium rectum et sanum esse potest. Igitur omnia et probant et agere instituunt non ad suam sententiam, sed ad aliorum, inprimis familiarium, suasionem ac voluntatem: praesertim quando ejusmodi res et conditio est, ut non deliberatione opus sit aut actione aliqua, sed ut sufficiat consensus vel annuente capite significatus: similes in hac re tot absque febre imbecillis et vecordibus, qui in gravissimis tractandis negotiis ita nihil sentiunt, ut ubique consentiant.'

Sed, ut nunc tantummodo de febricitantibus dicam, quis illos sic affectos et debilitatos fatuitate desipere diffiteatur? quam et desipere sine notabili perturbatione, et totam positam esse in stupore sensus interni, explorate cognitum habeamus. Aut an eos audiendos putabimus, qui fatuitatem semiplenam, multo aliter declaratam a me quidem, ita intellexerunt, ut cum ea hominem rationis usu non carere, ac proinde integro in suis rebus procurandis jure esse, debere, dictitarent? etiam affirmantes, si talis quis factione testamenti utatur; nihil inde jura civilia hominum periclitari: propterea quod caeteris non ai injuria, qui, si moriturus erat ille intestato, in haere-

ditatem totam successissent; utpote ejus rei jus habentibus nullum. At vero testamenta inventa sunt in civitatibus et concessa, hac conditione, ut extremam voluntatem declarent testatoris, eamque veram, integram et incorruptam. Nam ita leges statuerunt: ergo verum illud jus est, haereditate non privari per testamentum legibus non conveniens. Tum ipsa civitatis jura in eo versantur, ut nullum ratum fiat, quod tali suspicione ac vitio laboret. Recte igitur hoc a jurisconsultis praeceptum videmus, ut in febrium accessionibus aeger factionem testamenti nullo modo habeat; de intermissionibus autem, pro levissima dubitatione, sententia adhibeatur medicorum. Et profecto satius est in hoc genere ac tutius, ad singulorum aegrotorum contemplationem, quam ad principiorum generalium normam, de statu mentis aestimare.

Vetus negotiator, qui in florentissima nuper Germaniae urbe mercaturam longam fecerat et quaestuosam, filium habebat et, ex filia mortua paullo ante nepotulum; ita, ut si vita decederet intestato, haereditas ad hos duos pari et aequali jure pertineret. Hic extrema aetate (septuagenarius jam erat et ultra), in febrem nervosam remittentem incidebat, haemorrhoidum praegressione; quarum, in principio, cruciatibus colicis, tum profusionibus crebris ac copiosis, per decem continuos menses laboraverat, cum perspicua corporis animique infirmitate. Aliquo die, cum febris ei haud levis fuerat, ad illum invisendum venit amicus, idemque juris peritus. Is, eum (sic enim ferebat opinio), exhortatur, ut testamentum condat suasque fortunas, quas amplissimas habebat, commode dividat inter filium atque nepotem. Ille vero hujus suasioni haud repugnare, sed concedere placide omnia. Testamentum conscribitur propere, et postri-

die ejus diei, chirographo aegroti atque sigillo confirmatum, magistratui urbano exhibetur solemni ritu. At continuo post mortem viri, quae accidit quinto mense post, aut non multo secus, gener, idemque nepotis pater, se ad illud impugnandum comparavit: hoc quidem modo, ut non inofficiosum illud faceret, sed omnino negaret, socerum suum isto tempore factionem testamenti habuisse.

Res delata est ad Nostrum Ordinem, hac proposita quaestione:

Ob der am — — vorigen Jahres allhier in — verstorbene Banquier, Herr Christian Rambeck, in medicinischer Rücksicht desjenigen, was von dessen Alter, Krankheit und Geistesschwäche, in den beygehenden Privat-Acten angegeben und zum Theil durch gerichtliche, vereydete Aussagen, bezeugt wird, am — und — Januar 18 — fähig gewesen sey, seinen letzten Willen zu überlegen und das unter dem 14ten gedachten Monats niedergeschriebene Testament, wenn auch nicht aufzusetzen oder zu dictiren, doch in Ansehung des Inhalts zu reguliren und die darin befindlichen Dispositionen anzugeben und zu bestimmen; sodann bey der Unterzeichnung desselben, seine Dispositionen darin wieder zu finden und anzuerkennen; und demnach die Unterzeichnung, mit dem klaren Bewufstseyn, dafs das in der Abschrift ihm vorgelegte Testament seinen letzten Willen wirklich enthalte, zu vollziehen?

Responsum est modo hoc:

Ob wohl 1) daraus, dafs der Banquier Rambeck, nach Baumerts Anführen (Bl. — —), schon geraume Zeit vor der Periode der Krankheit, in der er das Testament vollzog, in seinen Geisteskräften sehr

zurückgekommen und daher zu bedeutenden Handlungsgeschäften unfähig war, nicht ganz richtig gefolgert werden möchte (Bl. —), daſs er um so weniger späterhin die zur Anordnung seines letzten Willens nöthige Besinnung haben konnte; indem die Uebersicht des selbsteigenen Vermögens und der, bey dessen Vertheilung, in Bedacht zu nehmenden verwandtschaftlichen und andern Verhältnisse, ungleich weniger Nachdenken und Ueberlegung, als eine kaufmännische Disposition erfordert: 2) das Opium, welches Rambeck, während jener Tage, zum Theil über die medicinische Verordnung (Bl. — —), genommen, von Baumert (Bl. —) allzusehr in Anschlag gebracht zu werden scheinet; angesehen, bey der Wirksamkeit dieses Arzneymittels, nicht bloſs die betäubende und in sofern schwächende, sondern auch die erweckende und belebende Kraft gerechnet werden muſs; mithin die Voraussetzung, daſs Rambeck, während des Gebrauches desselben, seiner Besinnung nicht ganz theilhaftig seyn konnte, um so weniger statthaft seyn würde, als die gröſsern oder kleinern Gaben, in denen dasselbe verschrieben und genommen worden, weder durch Recepte, noch sonst, in den Uns übergebenen Acten, bestimmt sind: 3) nicht geleugnet werden kann, daſs in einem nachlassenden Nervenfieber, dergleichen bey Rambecken, wo nicht früher, doch gewiſs in diesem Zeitraum, und besonders an dem Abend des 13. Januars statt gefunden (Bl. —), neben den Stunden der Hitze und Unruhe, oder der Kraftlosigkeit und schlafsüchtigen Betäubung, auch ansehnliche Zwischenräume der Erholung und Munterkeit verbleiben; welche den Kranken, so viel Nachdenken und Selbstmacht, als zu dem Entwurf eines Testamentes erfordert wird, frey lassen: wie denn

auch in der, über die am 15ten Januar geschehene gerichtliche Niederlegung des Rambeckischen, aufgenommenen Registratur (Bl. —), ausdrücklich bemerkt wird: daſs Rambeck an diesem Tage in dem vollkommenen Besitz seiner Seelenkräfte, und dieses aus seinen Reden und Handlungen genugsam zu ersehen war: 4) in dem Baumertschen Aufsatz, mehrere den damaligen verdächtigen Zustand des Kranken betreffende Thatsachen angeführt werden, die entweder überhaupt nicht, oder doch nicht von sachverständigen Personen bezeugt sind und so, dem ersten Anblick nach, der juristisch-medicinischen Gewiſsheit ermangeln: dahero denn auch die Aussagen des Baccalaureus N. N. als eines nicht legitimirten Arztes, dieſsfalls für ungültig zu halten wären.

Dennoch aber, da 1) die, bereits mehrere Monathe vor der Unterzeichnung des Testamentes, in dem Banquier Rambeck bemerkte Geistesschwäche, bey der er die in der Handlung vorkommenden Dispositionen, theils falsch entwarf, theils unrichtig berechnete (Bl. —), auf die Beurtheilung der vorliegenden Frage, in sofern, allerdings einen wesentlichen Einfluſs hat, als daraus der sehr richtige Schlüſs hervorgehet: daſs, wenn Rambeck, schon vor seinem eigentlichen Krankenlager, durch die Coliken und Blutergieſsungen der güldnen Ader, in einem so hohen Grade angegriffen und erschöpft war; das jetzt hinzugekommene Fieber seinen geschwächten Kopf, zumahl in diesem hohen Alter, um so mehr einnehmen und zu einem vorher weder beabsichtigten (Bl. —), noch ausgedachten Testament, welches denn doch klare Besinnung und, zum wenigsten für den Zeitraum einer Stunde, anhaltendes Ueberdenken und selbstständiges Wollen erforderte, unaufgelegt und

ungeschickt machen mufste: 2) *das Opium, auch da, wo es, wie in dem gegenwärtigen Falle, bey Colikschmerzen und Blutflüssen, für den Zweck der Nervenberuhigung gegeben wird, besonders in den hier erforderlichen gröfsern Gaben, bis der nicht allzeit gewisse Erfolg der Schmerzstillung und Belebung erreicht ist, einen gewissen Zustand einmahl der Berauschung, und ein andermahl der Fühllosigkeit unvermeidlich herbeyführet und, so wie alle narcotische Arzneymittel, für die Zeit des Gebrauchs, die Besinnung mehr oder weniger verdunkelt: welches, bey Rambecken, um so mehr der Fall war, wenn er die ihm bestimmten Opiatpulver häufiger nahm, als die Verordnung anwies* (*Bl.* — —); 3) *die an sich selbst ganz richtige Erfahrung: dafs in nachlassenden Fiebern, aufserhalb den Anfällen, der Kopf von den Hindernissen der Besinnung frey und zu Handlungen, welche den völligen Verstandesgebrauch erfordern, hinlänglich geschickt seyn kann: auf Rambekken, so viel besonders den in Frage befangenen Zeitpunct anlangt, um so weniger anwendbar ist, weil seine Krankheit nicht blofs in diesem Fieber, sondern in einer aus frühern Ursachen herzuleitenden Erschöpfung und Entkräftung bestand; und diesemnach die längern, kürzern Zwischenzeiten des Nachlasses und der Erholung nur den theils erhitzenden, theils schlafsüchtigen fieberhaften Antrieb des Blutes nach dem Kopfe, vermindern, nicht aber die von dem Fieber unabhängige, Geistes- und Nervenschwäche des* 72 *jährigen Mannes bis zu dem Grade aufzuheben vermochte, dafs er, in den fieberlosen Stunden, der zur Anordnung und Vollziehung eines in Ansehung des Inhaltes und aller Nebenpuncte mit so vieler Genauigkeit und Bestimmtheit verfafsten Testaments, nö-*

thigen Ueberlegung und Entschlossenheit fähig war: wogegen das, was in der oben angeführten Registratur (Bl. —) von dem unverdächtigen Gemüthszustande des Kranken bezeugt ist, um so weniger in Betrachtung kommen wird, je leichter sich, medicinisch, begreifen läſst, wie er, aufgereizt und gespannt durch die Erwartung und durch die Ankunft der Gerichtspersonen, für die kurze und einfache Handlung der Uebergabe, des Verstandesgebrauches nicht ermangelte: 4) anlangend die juristisch-medicinische Glaubwürdigkeit der in der Baumertschen Darstellung, von Rambecks Geistesschwäche in den beyden Tagen der Fertigung und Unterzeichnung des Testaments: Wir, bey der Entscheidung der vorliegenden Frage, indem die Erweislichkeit und Wahrheit der bis jetzt noch nicht erwiesenen und bewährten Puncte, von Uns voraus gesetzt wird, die für die übrigen beygebrachten Zeugnisse, ohne einige Rücksicht auf die Sachverständigkeit der Zeugen, als gültig, und zwar aus dem Grunde anerkennen müssen; weil es, um solche Thatsachen, die jedem Menschen in die Sinne fallen, also um die Leiden, Aeuſserungen, Reden, Handlungen eines Kranken, wahrzunehmen und vor Gericht anzugeben, keiner medicinischen Kenntniſs, sondern nur der überhaupt von einem Zeugen erforderten Eigenschaften bedarf: daher auch, gegen die Aussagen des Baccalaureus N. N. dieses, daſs er kein legitimirter Arzt ist, einen statthaften Einwand nicht darbieten würde: und nun, wenn Wir also, in solcher Maaſse, die Baumertsche Erzählung einestheils als erweislich voraussetzen, anderntheils, vermöge der abgehörten Zeugen, als erwiesen anerkennen, Rambecks Geistesohnmacht, für die Tage, wo das Testament gefertigt und durch seine Unterschrift

vollzogen wurde, sich in folgenden Thatsachen auffallend offenbaret: dafs er am 13. Januar, nach einer unruhigen Nacht äufserst entkräftet (Bl. —), irre redete; seine Haushälterin nicht erkannte (Bl. — —), die ihm kurz zuvor gemeldete Niederkunft seiner Schwiegertochter schon wieder vergessen hatte (Bl. —), nahmentlich in den Abendstunden, in denen ihm der Vorschlag ein Testament zu machen eröffnet und, angeblich, das Testament selbst verabredet und angeordnet wurde (Bl. —), bey seiner gewöhnlichen Schwäche, nach N. N. Aussage (Bl. —), von dem Fieberanfall beunruhigt war; sodann den 14., als an welchem die Unterschrift erfolgte, von dem Arzte, der ihm, diesen Tag, den ersten Morgenbesuch machte, schon vorher Besuche gehabt zu haben sich einbildete (Bl. — —), den Tag über meist immer schlief (Bl. — —); die seit mehreren Jahren bey ihm in Diensten gewesene Hausmagd, weder an der Sprache noch an der Gestalt erkannte (Bl. —), und, überdiefs, bey der Vollziehung des Testaments, seine Nahmensunterschriften, nach Ausweis der Bl. — zu ersehenden auf durchsichtigem Papier von dem Original abgenommenen und demselben, dem gerichtlichen Zeugnifs zufolge, sehr ähnlichen Copie, nicht allein von einer zitternden Hand, sondern offenbar von Mangel der Besinnung und Selbstständigkeit zeugen; indem No. 2. statt Rambeck, Rambeff geschrieben, No. 3. der Vor- und Zunahme kaum zu errathen und No. 4. sogar ein G. als Abbreviatur des Wortes Gebrüder, beygefügt und also mit der Handlungsfirma: Rambeck Gebrüder: unterzeichnet ist:

So urtheilen Wir, unter der Voraussetzung, dafs die in der Baumertschen Erzählung und sonst in den Acten, auf Rambecks damalige Geistesschwäche hin-

weisenden Thatsachen, besonders auch in Ansehung der hierbey vorzüglich in Obacht zu nehmenden Tage, sofern sie bis jetzt durch beglaubigte Aussagen und andere Umstände noch nicht bewährt waren, sich künftig zur vollkommenen Gewifsheit bewähren werden; sofern sie aber bereits durch die abgehörten Zeugen bestätigt sind, der Gültigkeit dieser Zeugnisse kein Uns unbekannter und in den Acten nicht zu ersehender juristischer Grund entgegen stehet:

Der am 14. Junius vorigen Jahres in — verstorbene Banquier Christian Rambeck sey, in medicinischer Rücksicht desjenigen, was von dessen Alter, Krankheit und Geistesschwäche, in den beygehenden Privat-Acten angegeben und, zum Theil, durch gerichtliche, vereidete Aussagen, bezeugt wird, am 13. und 14. — 18 — nicht fähig gewesen, seinen letzten Willen zu überlegen und das unter dem 14. gedachten Monaths niedergeschriebene Testament, selbst aufzusetzen, oder zu dictiren, noch, in Ansehung des Inhalts, zu reguliren und die darin befindlichen Dispositionen anzugeben und zu bestimmen; eben so wenig, bey der Unterzeichnung desselben, seine Dispositionen darin wieder zu finden und anzuerkennen; und die Unterzeichnung, mit dem klaren Bewufstseyn, dafs das in der Abschrift ihm vorgelegte Testament seinen letzten Willen wirklich enthalte, zu vollziehen.

40.

DEPRECATIO PRO CRIMINE INFANTICIDII IV.

1812.

Sunt ista quidem haud levia, quae in superioribus exposita fuerunt, et argumenti satis habent; vel propter graviditatem occultatam, mulieribus crimen non irrogandum esse, nisi certum sit, aliud aliquid propositi latuisse: sed omnium, quae in hac quaestione versantur, nihil mihi magis agendum est, quam ut pateat, in infanticidium, homicidii vix nomen valere, poenam autem ne vix quidem. Non, quod infans in primam lucem editus homo non sit, quod dicere etiam defensores erubuerint; sed quia illud multum distat ab eo genere doli atque malitiae, in quo proprie inest execranda illa homicidii immanitas atque impietas. Igitur nomen istud non adeo ad etymologiam accipi debet, ut quaecunque infantis occisio ad infanticidium referatur; sed ea tenenda significatio est, pro qua, recentiorum medicorum forensium et jurisconsultorum usu, intelligitur delictum matris extra conjugium gravidae factae, inter partus clandestini angores vitam infanti adimentis; fuga ignominiae quidem, aut aliarum miseriarum formidine atque horrore. Namque si mater infantem legitimum interfecisset, aut non legitimum eum quidem, nec tamen recentem a partu: id profecto parricidii simile esset numerandum. Ad quod ego nefarium scelus nullam partem pertinere volo hujus deprecationis.

Nec ipsa infanticidia equidem omnia paria facio:

praeterquam in eo uno, quod toti huic generi extremum supplicium non arbitror convenire. Nam etsi multum interest, subito animi et coeco impetu rea necem patraverit, an meditatam impio consilio ac dolo malo: tamen ipsum hoc infanticidium dolosum (sic enim soleo appellare, ut distinguam ab altero illo, inconsulto ac temerario), multa et magna momenta habet, quae poenam capitalem ab eo amovere possint. Ad quam meam illustrandam ac probandam sententiam ita me comparavi, ut ex Ordinis Nostri commentariis ream quandam inducerem, in qua velut exemplar expressum esset infanticidii dolosi; et non quidem nominatim illius personam defenderem (quippe causa dudum judicata est), sed generaliter et universe id crimen a poena mortis deprecarer.

Puella rustica, quae prima jam aetate puerperio defuncta erat, eo tamen non clandestino, post obitum patris et mortuo etiam infante, passim ancillae ministerium faciebat; et ultimum quidem in exiguo oppidulo, apud civem pratis et armentis divitem; hominem libidinosum inprimis et conjugis suae turpiter negligentem. Hic, statim captus vegeta puellae forma et habitu bene toroso, eam, ipsam quoque leviorem et inconsideratiorem, paullatim sollicitavit ad amores extremos. Quibus deinde postea utrique, per quatuor annos et amplius, licentissime inter se indulserunt, nulla ejus rei emanante suspicione. At tandem securitati eorum inexpectata intervenit graviditas: cujus ancilla se impatientissimam praebuit, utpote nunc tricennaria propemodum, et stulte confisa improbo hominis promisso: ipsam nihil damni facturam esse. Videlicet mulieribus innuptis damnum dicitur pro graviditate. Herus autem, qui, si minus poenam adulterii, tamen uxoris obtrectationem et hominum

sermones pertimescebat, illam, lamentantem et subinde nonnulla minaciter loquentem, primum munusculis placavit; deinde, proposita pecuniae haud contemnendae atque dotis annuae pactione, sensim ei persuasit, ut herae, apud quam, hujus pellicatus ignaram, satis erat in bona fide, famulatum renuntiaret per causam aliquam, ac de caeteris taciturnitatem sempiternam sponderet: quam ipsa quoque sibi observandam esse intellexit.

Tempore ministerii exacto, reversa in pagum natalem, domicilium apud matrem repetiit. Quae, ut, propter illius oppiduli longinquitatem, satis diu nullam de filia auditionem habuerat, tanto facilius ei credidit invalitudinem praetendenti perturbatione menstruorum exortam; quae sibi diceret anno abhinc per ingentem terrorem repente intercepta fuisse, ita ut ex eo die alternis temporibus cessarent, et impetuosius prorumperent. Atque huic commento aliquam fidem facere poterat corporis obesitas immodico veneris usu multum extenuata, et faciei amissus color atque decor. Inter haec rumores haud obscuri de mulieris graviditate per pagum vagabantur. Quibus in dies magis increbescentibus, mater cum filia egit precibus et hortatione, ut nihil ipsam celaret. Ista vero pugnaciter negare atque in eos, qui haec mendacia scilicet disseminassent, convicia et minas jactare. Accessit judicium medici spurii cujusdam, qui, ad primam contemplationem urinae, fidenter, ut isti solent, affirmabat, menstruis nihil obstare, praeter viscum minutissimis vasis inhaerentem. Dum sic, vel apud matrem, omnis suspicio conquieverat: tanto diligentius nunc se mulier occultavit. Itaque cum aliquo die, inter prandendum, spasmis acerrimis corriperetur, apud eam, haud primiparam quidem, significa-

tionem minime dubiam habentibus, praesertim aliquot horis post guttatim labente sanguine: inter perpetuos dolores, ad seram vesperam usque, lecto abstinuit, ne, si ante suum tempus eo se conferret, iniqua consilia quae struebat, per matris providentiam et assiduitatem impedirentur.

Ingressa cubiculum ad lectum aliquamdiu consedit, et momento puerulum enixa est; capitis exitum sublevans manibus ad bregma utrinque applicatis. Funiculum umbilici dissecuit cultello, quem a coena in promtu habebat; secundis quidem sponte succedentibus. Deinceps infantem, qui vitam, etiamsi non clamore, ad quem ei mater ne primum quidem spiritum concedebat; tamen artuum agitatione, prodebat, velociter suffocavit, ampla in os infarcita lacinia et, sic emortuum, raptim deposuit in arca; commodo tempore alicubi defodiendum. Postero mane cum diutius, quam pro consuetudine, decumberet, matri eam in lecto deprehendenti et quid ei esset sciscitanti, menstrua nimirum sibi hac nocte rediisse, respondit, cum ingente sanguinis profusione; qua se magnopere debilitatam conquereretur. Illa tamen, verbis filiae nunc minus credula acrius institit et, cum de partu jam minime dubitaret, statim, quid infante fecisset, serio eam et continenter interrogavit; tum ei, has voces propemodum in contumeliam accipienti atque pertinaciter magis et magis repugnanti, obstetricem denique advocavit. Ad cujus conspectum mulier de partu statim concessit, ita tamen, ut eum vita caruisse sancte adjuraret, neque locum, in quo eum abscondidisset, vere indicaret. Similiter judices diu duxit per multorum mendaciorum ambages, ad quae passim memoria ei deficiebat: donec tandem omnibus indiciis coarguta non solum de partu vivo, sed etiam

de suffocatione confitebatur; proposito quidem, per primam sententiam, metu tormentorum; quorum usus tunc nondum abolitus erat. In corpore mortuo infantis nihil quicquam erat, quod Nostri Ordinis judicium dubium facere posset. Nam suffocatio violenta cum multis signis comprobabatur, tum maxime vasis tumentibus in abdomine, in pectore, in capite, omnibus; quanquam arctius ad umbilicum abscisso funiculo.

An supplicium extremum rea subierit, parum scio: decretum ei fuisse satis certum habeo; non quo meminerim, sed quia perfacilis conjectura est. Etenim, ne pro illo temerario et inconsulto infanticidio quidem, dummodo nihil ad ejus probationem deest, lenior unquam sententia obtinetur; nedum pro hoc doloso, multo plus a noxa et culpa offensionis habente. In qua re non judices reprehendo; in iis enim non est mutare; sed leges miror, quae, nulla observata infanticidii et homicidii differentia, pro delictis et magnitudine imparibus, et natura diversis parem et eundem poenae modum statuerunt. Nefarium sane atque abominandum facinus committit mulier, quae in alvo sua paullatim viviscentem infantem, animo imperturbato ad necem designat, ac deinde maternas manus illius sanguine cruentat. Verum nón, si huic tanto maleficio severior utique animadversio debetur, propterea ratio est poenae capitalis irrogandae idonea et necessaria. Quod probare studebo argumentis duobus; quorum alterum a consilio legum petitum est et eam partem philosophiae attingit, quae in puniendis maleficiis versatur; alterum vero ipsa aequitate et justitia nititur hactenus, quod ipsum infanticidium dolosum, cujus ideam et imaginem, Lectores, in ista narratione, ad Vestros oculos constitutam habetis, ab homicidio multum differt, ideoque nec communibus

cum eo legibus comprehendi potest. Sed alterum hoc in proximam scribendi occasionem differo.

Primum argumentum totum inest in decretis saniorum philosophiae de consilio poenarum. Quod nisi quis in eo ponendum existimet, ut sanguis sanguine nimirum expietur: nulla, in hoc genere, supplicii extremi causa relinquitur. Nam si ad exemplum atque terrorem poenarum ratio referenda est: vereor ne infanticidarum, etiam earum quarum comperta est malitia quaedam, supplicia extrema, magis ad miserationem valeant, quam aut ad delicti detestationem, aut ad poenae metum. Verum in supplicio venefici aut sicarii, praeter mortem, etiam alium aliquem cruciatum habente, miseratio, maxima illa legum adversaria, omnis obruitur ipsius delicti odio atque horrore, tum perspicua judicii approbatione; quae nonnunquam parum abest a laetitia. Ex quo apparet, vel communi hominum sensu, infanticidium ab homicidio multum discrepare. Omitto illas quasi exequias funeris vivi, quibus infanticidae apud nos ad locum supplicii deducuntur; inter campanae sonitum et flebiles cantus, magno comitatu ipsis sacrorum ministris utrinque propter ream procedentibus ornatu solemni, et illam denique, in horribili suggestu collocatam, commendantibus, cum sanctimonia, communi generis humani deprecatori. Mirum profecto non est, si multi, praesertim plebeji et inculti homines, non dubitent, quin reae, tali modo vita decedentis, animus continuo evehatur ad concilium animorum divinorum. Visae sunt puellae gravidae, quae non quidem taedio vitae, sed talis mortis appetitione, infanticidii poenam sibi de industria consciscere auderent. Quapropter satius est, mulieres de ipso infanticidio doloso convictas ad ergastulum condemnari.

Sin propter avertendum securitatis publicae periculum poena mortis adhiberi debet: cum foemina, in ergastulo inclusa, quid periculi est? Ne paullo post elabatur? Perraro id fieri credo. Nam foeminae, nisi virorum consortione furtis et rapinis exercitatae sunt, ad carceres perrumpendos consilio et audacia carent. Imo vero, nisi aliae rationes majorem severitatem suadent, ne haec poena quidem communiter ac pro omnibus sempiterna esse debet. Inter tot mulieres, quibus, licet de infanticidio, etiam doloso, confitentibus, poena legitima, propter aliquam facti obscuritatem, decerni non poterat, nulla unquam visa est, quae post ergastuli disciplinam infanticidium iteraret.

41.

DE ECLAMPSIA PARTURIENTIUM, QUANTUM AD SUSPICIONEM INFANTICIDII, NARRATIO QUAEDAM.

1812.

Puella, annos nata duodeviginti, quae, in oppido patrio, ancillae ministerium faciebat, aliquo die doloribus colicis graviter afficiebatur; ita ut, herae suae hortatu, tanto citius illa vespera se in lectum conferret. Quoniam graviditatis suspicione carebat: minime dubium videbatur, quin temere admisso frigore has sibi tentationes conscivisset; quippe totum diem pedibus nudis fuerat, ipso mense Januario. Postero mane, ut non erat praesto ad horam pensi matutini: eam suscitatam it herae soror. Haec ingressa cubiculum, ancillam conspicit non cubantem in lecto, sed projectam super stramen in sponda, exutis, praeter indusium, vestimentis omnibus. Quo aspectu perterrita et repulsa propere advocat heram, suam quidem sororem, simili terrore commotam. Arcessitur etiam aliquis de famulitio, tum puellae mater. Stragula cum vestimentis particulatim disjecta erant per cubiculum. Ante spondam lecti secundinae jacebant, multo circumfluente sanguine. Puella panno linteo cincta erat, tanquam fascia, quam puerpera ad corroborandam alvum sibi adhibuisset. Quae res cum partus recentis opinionem afferrent: perquisiverunt, quo investigarent ipsum infantem. Eum haud difficulter hera invenit propius a capite suae matris. Straminis

aliquid superimpositum erat; sed ejus tam parum, ut non studiose absconditus esse videretur. Inter haec illa, profundo sopore obruta, spasmis, maxime ad faciem et ad artus superiores, convellitur atrocissimis, quales fere esse solent inter impetus morbi comitialis. Facies ardenter rubebat, cum vultu torvo atque distorto. Suscitare eam conantur, quassando corpus et concutiendo omnibus membris. Non expergiscitur. Nomine inclamant eam iterum iterumque: ne matris quidem vocem exaudit, intimae auri immissam. Infantem ipsius brachio injungunt; si forte propior illius contagio occultam vim haberet ad impellendum et animandum sensum maternum. Accedit obstetrix, et alvum inquirit. Nullas ejus contrectationes percipit. Inter adventum medici publici oculos attollere gestiebat, continuo rursum labentes et adopertos. Verumtamen tantum aberat, ut nervorum vis debilitata esset, ut, etiam ad quandam ferocitatem, robore non careret: cum vi violenta et firmiter renitens omnibus atque reluctans, qui eam vel vestimentis induere, vel de cubili efferre, vel aliter de situ suo dimovere cupiebant. Postridie hujus diei, aut non multo secus, deportatur in custodiam. Illa autem coeca, surda, stupida ad omnium rerum externarum impulsus, et conscientiae penitus expers, loci ne insolentiam quidem animadvertit, nedum ejus horrore commovetur. Eadem semper mentis oppressio alienatioque. Tertio tandem die, gravia suspiria de imo pectore emittit, et cum his aliquot voces obscuras; tanquam quae somnum diuturnum excutere de corpore et animo vellet. Neque tamen hinc protinus restituta est in conscientiae atque memoriae usum; sine quo nihil valet rationis lumen et vigor. Nam etsi hic illic ad quaesita satis apte respondebat: tamen recor-

datio plerumque somniis atque deliriis interpellabatur confundebaturque. Puerperii autem et rerum omnium, quae illud vel antegressae fuerant vel insecutae, nullo modo reminiscebatur. Et quos in alvo jam dolores percipiebat, eos non partus absoluti vestigia, sed nunc instantis signa et indicia esse, sibi persuadebat. Atque sic, multis subinde intervenientibus deliriorum intervallis, lento gradu et tardissimis progressibus ad eam sanitatem mentis rediit, ut, vel altero mense, in judicium vocari posset.

In quo non id ipsum negare audebat, partum a se nuper editum fuisse, utpote luculentis ejus rei testimoniis convicta: at quo die, quo loco, quibus modis id evenerit, et foetus utrum vivus an mortuus fuerit, plane se ignorare affirmabat maxima assecuratione: per omnes interrogationes in hoc responso perseverans: se isto fatali die, et vero etiam posteris diebus, conscientia sibi ac mente non constitisse, ideoque nihil quicquam illinc recordari. Erant haec sane incredibilia et monstrosi mendacii haud dissimilia, quod ad avertendam suspicionem infanticidii puella excogitasset. Atque ita morbi simulati opinionem afferre videbatur, vel allatam confirmare. Etenim quod judici persuasum cupiebat, id similiter erat, atque si diceret: „Si, quod ipsa jam, vel invita, credo, partu ego defuncta sum: factum id est me inscia. Me inscia foetum comprehendi, me inscia funiculum de umbilico abrupi; me inscia pannum mihi pro obligando abdomine comparavi; me inscia denique infantem stramine obtexi et occultavi. De graviditate non infitiabatur illa quidem, sed tamen ita, ut ejus ignaram se fuisse dictitaret: excusationem adhibens mulieribus graviditatem occultantibus usitatam, et cui haud facile fidem adhibeas in tali quidem causa.

Nam ajebat, se haud plus, quam semel cum homine quodam (cujus nomen commemorabat), rem habuisse, amplius a se ex illa hora ne viso quidem: menstruorum cessationem autem nullo non tempore perturbatam sibi et impeditam fuisse.

Verumtamen, ut aliquis difficilis et incredulus de hujus confessionis veritate dubitet: nihil a rea mendaciter dictum fuerat; ne illud quidem, quod commemoraverat de errore non animadversae graviditatis. Imo vero ipse judex, cujus in hac causa moderationem humanitatemque sum admiratus, ad scripturae alicujus marginem, puellae ad ipsius quaestiones respondenti simplicitatem sinceritatemque testabatur. Caetera reae tuendae momenta intelligi possunt ex Nostri Ordinis decreto: in quo, ut opinor, apertum et evidens est, scenam morbi non simulati, sed veri atque atrocis, a miserrima puerpera illo tempore actam fuisse: qui ex una parte ad vehementiam morbi comitialis, ex altera ad delirationem somnambulismi videatur esse referendus. Hoc enim nomine recentiores hunc insigniunt: veteres appellaverint morbum lunaticorum; lunae quidem in eo magnam vim esse existimantes.

Sed jam adscribendum decretum est, quod dedit Noster Ordo; proposita quaestione hac:

Ob nach den, aus dem ärztlichen Berichte Fol. — den Aussagen der Zeugen, besonders Fol. — — sqq. und sonst aus den Acten sich ergebenden Notizen über die Lage, in welcher sich genannte M i e l e r i n *in Betreff ihrer Gesundheit am Morgen des 27. Januar 18 — und folgende Tage befunden, anzunehmen, dafs selbige bey ihrer in der Nacht vom 26. zum 27. gedachten Monats erfolgten Entbindung, in einem der-*

gestalt besinnungslosen Zustande gewesen, daſs sie sich ihrer Niederkunft und alles dessen, was dabey mit ihr vorgegangen, auch der von ihr selbst dabey vorgenommenen Handlungen nicht bewuſst.

Respondimus modo hoc:

Obwohl 1) mit allen Erfahrungen, welche die Medicin von wunderhaften Nervenzufällen, besonders in dem weiblichen Geschlecht und nahmentlich bey Gebährenden, aufzuweisen hat, dieses denn doch unbegreiflich scheinen möchte, wie, auch eine leichte Geburt, zu deren Förderung die Natur allzeit mehr oder weniger willkührliche Bewegungen anwendet, ohne Gefühl und Bewuſstseyn vollbracht werden, und die Gebährerin, in dieser Bewuſstlosigkeit, im eigentlichen Sinne des Worts, handeln, d. h. Bewegungen ihrer Glieder auf einen Zweck richten könnte; welches die Mielerin unstreitig vermochte, indem sie auf dem Bette, in welchem sie eingeschlafen war (Bl. —), und wo sie, da sich kein Geblüt darin zeigte, gewiſs nicht gebohren hatte, heraus- und wieder hineinstieg (Bl. — —), das Kind aufnahm, von der Nabelschnur, dafern diese nicht von selbst abriſs, löste, in das Bettstroh legte, und überdieſs, wie sehr wahrscheinlich (Bl. —), den Leib mit einem Tuche verband: indeſs die allerdings nicht seltenen Ohnmachten der Gebährenden nur Unterlassungen, wie z. B. in Ansehung des Verbandes der Nabelschnur, oder der ersten Pflege des Kindes, nicht aber Handlungen, zur Folge haben können: 2) jene seltneren, theils der Epilepsie, theils der Starrsucht verwandten Nervenzufälle, möchten auch dergleichen zuweilen während, oder nach der Geburt eintreten, in einem vollkommen gesunden (Bl. —), zum wenig-

sten nicht nervenschwachen Mädchen, auf keine Weise vorauszusetzen seyn würden: 3) *also, dieser Ansicht nach, ein nicht ganz ungegründeter Verdacht entstehen dürfte, daſs die Inculpatin, nach gewöhnlichermaſsen vollbrachter Geburt — vielleicht auch nach vollbrachter Ermordung des Kindes — (Bl. —), sich gegen Morgen, wo sie von ihrer Dienstherrschaft gesucht zu werden besorgen muſste, in diese auffallende Verfassung, in der man sie antraf, planmäſsig gesetzt hatte, dabey Zuckungen, sowie Bewuſst- und Sprachlosigkeit, mit der in Inquisiten nicht unerhörten Kunst, vorspiegelte und die Täuschung die ersten Tage bis auf den höchsten Grad trieb, nachher aber allmählig aufhören lieſs: wogegen dieses, daſs der Physicus, sogleich bey seinem ersten Besuch die Betäubung der Mielerin glaubte, darum keinen Beweis darbieten würde, weil derselbe die Inculpatin, wie er zu Anfang nothwendig hätte thun sollen, mit der Hinsicht auf eine verstellte Krankheit gar nicht beobachtet und daher weder den Puls untersucht, noch die dieſsfalls erforderlichen Versuche gemacht, zum wenigsten von dem Allen, in seinem zu den Acten gegebenen Bericht, nicht die mindeste Erwähnung gethan hat.*

Dennoch aber da 1) *Beyspiele von Geburten, welche in einem schlafartigen, oder sonst mit Betäubung begleiteten Zustande, bald durch die Natur, bald durch die Kunst, ohne alles Bewuſstseyn und nachheriges Erinnern der Gebährerin, von Statten gingen, zwar äuſserst selten, jedoch keineswegen unerhört, vielmehr aus der Theorie sehr wohl zu erklären, von glaubwürdigen Beobachtern erzählt und nie, weder von Theoretikern, noch von Geburtshelfern, wenn sie auch dergleichen selbst nicht gesehen hatten,*

in Zweifel gestellt worden sind; Tulpii Observatt. I, 10. Heister Diss. de partu mirabili etc. Helmst. 1751. Haller Elem. physiol. Tom. VIII, pag. 420. Gehler Diss. de eclampsia parturientium II, §. 2. Bradley Phys. med. Journal, Sept. 1801. —; *und was, in dem vorliegenden Falle, die dem ersten Anblick nach, mit Bewufstseyn und Willkühr bezeichneten Handlungen anlangt, diese hier, so wie in allen dergleichen Nervenkrankheiten, ganz nach der Analogie des Schlafwandelns, d. h. als Erscheinungen eines, im Schlaf, der Seele klar vorschwebenden und mit einer gewissen Folgerichtigkeit durchgeführten Gefühls oder Gedankens, zu betrachten sind; wo, bey völliger Unterdrückung des Bewufstseyns der Persönlichkeit und aller äufserlichen Verhältnisse, Zwekke mit einer gewissen Klarheit in der Phantasie gedacht und in einer Reihe darauf gerichteter Handlungen verfolgt werden; also der, nur bey gewöhnlichen Ohnmachten, für die Criminalphilosophie des Kindermordes wichtige Unterschied unter Handlungen und Unterlassungen hier keine Anwendung leidet:* 2) *gleichwie überhaupt die fieberlosen oder chronischen Nervenkrankheiten, öfter in einer allzu grofsen Wirksamkeit, als in Schwäche der Nerven ihren Grund haben; also auch insbesondere bemerkt worden ist, dafs die stärksten und gesündesten Weiber jenen bey der Geburt zuweilen wahrgenommenen seltenen Symptomen am meisten ausgesetzt sind; und, auf jeden Fall, die, zumahl bey herannahender Geburt, höchst gefährliche Verkältung der Füfse, welche sich die Mielerin den Tag zuvor, durch das Barfufsgehen (Bl. —), in einer so kalten Jahreszeit, unvermeidlich zuziehen mufste, dazu einen sehr natürlichen Anlafs enthielt:* 3) *abgesehen von den juristi-*

schen Gründen, welche jeden Verdacht der Verstellung von der Mielerin abwenden, indem ihr einestheils, sofern sie sich, auch nach der Aussage ihres Verführers, nur ein einziges Mahl fleischlich vermischt hatte (Bl. — —), und zugleich an das längere Aufsenbleiben der monatlichen Reinigung schon gewohnt war (Bl. —), keine Verheimlichung der Schwangerschaft beygemessen werden kann; andern Theils die ihr allgemein bezeugte und auch von ihren Richtern (Bl. —) bemerkte und bemerklich gemachte, Einfachheit, Ehrlichkeit und Gutmüthigkeit ihres Characters einen solchen Verdacht gänzlich ausschliefset: also abgesehen von diesem Allen, und blos in psychologisch-medicinischer Ansicht der Sache, es durchaus ungedenkbar ist, wie dieses junge Mädchen nur drey, vier Tage (Bl. — —), vielweniger wie sie drey, vier Wochen (Bl. —), sich in dieser Verstellung auf eine so täuschende Weise behaupten konnte, dafs sie Sprach- und Fühllosigkeit, epileptische Zukkungen, Starrsucht, periodisches Erwachen mit halber Besinnung, vorübergehende Delirien von einem noch zu gebährenden Kinde (Bl. — —), u. d. g. vorspiegelte; ohne, weder von der durch die Hebamme angestellten Untersuchung, noch von dem Zurufen ihrer Mutter (Bl. —), noch von dem ihr zur Seite über den Arm gelegten Kinde (Bl. —), noch endlich von dem Hintragen nach dem Gefängnifs (Bl. — —) und von dem nicht abzuhaltenden Anblick des Gefängnisses selbst, aus der Fassung gebracht, oder sonst in der angenommenen Rolle gestört zu werden; endlich, dafs sie die ersten Stunden nach der Geburt, wo das stärkste Weib, daferne nicht eine widernatürliche Spannung eintritt, äufserst geschwächt ist, die halb epileptische, halb starrsüchtige Festig-

keit und Unbeweglichkeit ihrer Glieder zu bewirken vermochte, mit der sie denen, welche sie ankleiden und aus dem Bette bringen wollten, so kräftig widerstand (Bl. — —): indefs sich in eben dieser psychologisch-medicinischen Ansicht, ohne willkührliche Hypothesen, aus richtigen und erfahrungsmäfsig bewährten Principien, einsehen läfst, wie die Mielerin, nachdem sie, ihre Schwangerschaft nicht wissend und ihre Entbindung nicht erwartend, eingeschlafen war, durch die heftigsten Geburtsschmerzen, die, wahrscheinlich, vermöge der jetzt ausbrechenden Folgen der vorhergegangenen Verkältung, einen ungewöhnlich höhern Grad und zugleich einen epileptischen Character hatten, nicht eigentlich aufgeweckt, sondern zu einer besinnungslosen Wuth aufgereitzt wurde; in der sie von ihrem Lager aufsprang, die Kleider vom Leibe rifs und, so wie die Betten, umherwarf; und wie sie sodann, als, bey dem längere oder kürzere Zeit aufgehaltenen Durchgang des Kindes, jetzt das Gefühl der Geburtsstunde, übrigens mit fortwährender Bewufstlosigkeit, in der Seele rege wurde, für dieses einzige Gefühl wachend und aufserdem tief schlafend, der Bewegungen und Handlungen fähig war, welche dieses Gefühl mechanisch forderte; also wie sie das Kind vielleicht aus dem Leibe zog, von der Nabelschnur trennte, oder wenn es ihr, wie die befundenen Kopfverletzungen muthmafsen lassen, auf die Erde entfallen war, aufhob, gewifs aber das Kind und sich selbst in das Bette legte, und ihren verwundet gefühlten Leib mit einem Tuche umband; ohne von allen diesen leidendlichen und thätigen Veränderungen ihres Zustandes, damahls einiges Bewufstseyn, oder nachher die mindeste Erinnerung zu haben. Welche Erklärung der für diesen merkwürdigen

Fall unstreitig geltenden und bereits von Uns angedeuteten Analogie des Schlafwandelns vollkommen gemäſs ist; in welchem die Seele, bey einem tiefen und unerweckliehen Schlafe, für einen Gegenstand wachet, diesen Gegenstand und die darauf Bezug habenden Dinge nicht durch die Phantasie träumt, sondern durch die Sinne wirklich vernimmt und mit dem Verstande denkt, dem gemäſs Ideen von Zwecken und Mitteln folgen läſst, und diese Ideen, ohne Besinnung und Willkühr, ganz nach der Art des in den Thieren sogenannten Instinctes, in Bewegungen ausführt, welche den Anschein eines freyen Handelns haben:

So urtheilen Wir:

Es sey, nach dem aus dem ärztlichen Berichte Fol. — den Aussagen der Zeugen, besonders Fol. — — sqq. und sonst aus den Acten, sich ergebenden, Notizen über die Lage, in welcher sich genannte Mielerin, in Betreff ihrer Gesundheit, am Morgen des 27. Januar 18— und folgende Tage befunden, allerdings und ganz ungezweifelt anzunehmen, daſs selbige bey ihrer in der Nacht vom 26. zum 27. gedachten Monats erfolgten Entbindung, in einem dergestalt besinnungslosen Zustande gewesen, daſs sie sich ihrer Niederkunft und alles dessen, was dabey mit ihr vorgegangen, auch der von ihr selbst dabey vorgenommenen Handlungen, nichts bewuſst gewesen.

42.

DEPRECATIO PRO CRIMINE INFANTICIDII V.

1814.

Quoniam in prolusione quarta satis, ut opinor, demonstratum est, in legibus infanticidio poenam homicidii statuentibus a poenarum consilio ac fine aberrari: sequitur, ut etiam ab aequitate juris discedi ostendendum sit deinceps. Nam haec delicta non sunt prorsus paria. Quae imparitas, Lectores, si magis extat et eminet in temerario infanticidio, quam in doloso (quippe haec a me duo genera disjuncta esse, meministis): idcirco nolitote putare, hoc posterius, longe quidem illo scelestius, nullam cum homicidio dissimilitudinem habere. Et quantulamcunque habeat: satis est, non comprehendi communibus legibus utrumque. Quod nuper scripsi, infanticidii non tantam malitiam esse: id vel in dolosum non recte convenerit; de quo jam dico separatim. Etenim ne homicidium quidem semper ex animo hostili exoritur. Disceptabatur aliquot abhinc annos, in Collegio Nostro, crimen furis armati, qui in aedicula mercatoris pagani, quem absentem esse cognovisset, arcam numariam depeculaturus, ambas heri filias, quae tunc solae aderant, medio die, immanissimis vulneribus exanimaverat. Id certe odio non fecerat; sed hac cogitatione, ne, si has furti violenti testes salvas relinqueret, quae vultum ipsius ac speciem indagatoribus depingere possent, tanto facilius judicio capitali proderetur. Itaque saluti suae nimirum consulebat. Sed ta-

men id nihil erat ad veniam petendam, nedum ad concedendam. Atqui difficilius ignoscatur mulieri, maculam illegitimae graviditatis sanguine infantis sui abluere conanti. Alia differentia, eaque vera et luculenta, in eo cernitur, quod infanticidium, utcunque dolosum, aliquam sibi excusationem vindicat a vitiis ipsarum legum. Quarum utinam auctores olim, quantam in hoc delicto puniendo non severitatem, sed iracundiam et atrocitatem exercuerunt, tantam in eo cavendo prudentiam diligentiamque adhibuissent: certe vix nomen infanticidii audiretur; praesertim inter populos disciplina religionis christianae ad veram humanitatem conformatos. Ferarum gentium enim et barbararum alia indoles est, aliaque vivendi conditio. Enimvero abhorret a justitia, poenam mortis alicui delicto irrogari, cujus adjumenta, quae per leges amoveri debebant, ab iis etiam admoveantur. Neque tamen id eo valeat, ut tanti sceleris causam et culpam omnem illuc transferamus: sed hoc ajo, cum aliis legibus infanticidia dolosa raro apud nos futura esse, temeraria autem ne raro quidem. Quare si quis verebitur, ne sic tandem pro nullo non delicto aliqua vitia legum afferantur: mentem meam ac sententiam non recte perspiciet. Nam ea duntaxat intelligo, quae possent abesse: scilicet nihil in legibus vitiosum est, quod necessarium est. Ut illud, quod uno peccato prohibendo, aliis gravioribus passim ac perniciosioribus occasio praebetur. Summae profecto dementiae foret, latronibus dignas poenas non proponere, ne harum metu viatores trucidarent, quos, nisi accusatio sibi ab iis timenda esset, ablato marsupio forsitan dimitterent ne sauciatos quidem.

Sed quoniam in illa muliere, de qua nuper narrationem exposui, summa conspicitur ac veluti fasti-

gium infanticidii dolosi: ex hujus unius facinore jam poteritis existimare de genere universo. Quapropter recognoscite quaeso mecum criminis illius membra potiora, et, quae in eo vel defendendo, vel dijudicando legum mendae considerari debeant, attendite. Placet enim hanc causam nunc quasi renovare, et in eo argumenti mei vim periclitari. Quo si evicero, huic reae poenam mortis haud decernendam fuisse: generatim infanticidio doloso eam non aptam esse, probavero. Non autem ex jure scripto agam, sed ex eo jure, quod scripto superius est, ejusque normam ac regulam habet legibus rationis conceptam atque definitam.

Rea, quod ad extremum, vel invita, confitebatur, necem infantis destinaverat ex eo statim tempore, quo eum viviscere certis signis percepisset: tametsi ad eum alendum facultatibus non carebat. Etenim deciderat cum hero de dote annua quingenorum numorum imperialium; a quo eodem, inter ministerium, munusculis haud contemnendis donata fuerat et, in discessu, decem numos aureos gallicos acceperat, ut postremum. De graviditate matri mentiebatur impudentissime; non quod ejus iras reformidabat, cum filia leniter omnia et amanter agentis; sed ne, per hujus providentiam, ad partum solitarium et ad necem opportunitas sibi perimeretur. Erat illud nefarium sane ac plenum flagitii. At tamen, quis dubitaret, quin hac impietate caruisset, si graviditas ei ex matrimonio contigisset? Et nescio, an nulla unquam inventa sit foemina nupta, quae alvi suae foetum vita privaret, in ipso partu. Facilius aliqua egestatis, aliarumve molestiarum domesticarum impatientior, postero tempore in talem vesaniam abripiatur. Jam, quandoquidem infanticidia non fiunt puer-

perio legitimo: in momentis illegitimo propriis, singularem hujus delicti causam necessarium est residere. Horum autem fons et caput est metus ignominiae; quam ceteris incommodis omnibus, quae mulieri extra conjugium matri futurae impendent, puellae pertimescunt vehementius: non quod tantus pudor sit graviditatis sine marito; sed quia, cum ista nimirum labe sui nominis, desperant de conjugio laeto ac beato, unico sexus foeminei bono et, ad vitam tolerabilius traducendam, praesidio. Ac si earum pauperiores inopiae curis et sollicitudinibus anguntur: vere non tam egestatem timent, quam ignominiam abhorrent; cujus offensionibus caeteras miserias omnes sibi exacerbatum iri, obscuro quodam sensu prospiciant. Similiter objurgationes et castigationes parentum ad ignominiam referunt. Quapropter si graviditas iis est ab amatore certo atque fideli: de ea ne reticent quidem, nedum infitiantur; ut magna utrinque sit rei familiaris difficultas, et longinqua spes nuptiarum. Sin hoc solatio carent: perpetuis moeroribus afflictae tenentur, magna cum animi abjectione: nisi forte, pro aliqua fortunatiore, in promtu sit procus, qui nomen suum venale habeat infanti alieno. Quocirca haud prorsus mihi rejicienda esse videbatur oratio defensoris, ajentis, quod per indicia quoque probatum erat, mulierem in id animum intendisse, ut, facultatibus nunc aliquanto auctior, maritum captaret; ideoque, ne primi lapsus memoria reviivisceret, iterati dedecoris testem e medio tollere voluisse. Execrabile id dicitis; nec ego aliter: at dandum tamen aliquid erat infamiae non meritae immoderato timori; propterea, quod in eo, ut postea edisseram, leges reprehensione non carebant.

Erunt, qui hoc negent ferendum esse, quod pel-

licatus, in quem majores nostri omni severitate animadverterint, hodie ne turpitudine quidem dignus existimetur. Sed videant illi, ne iracundius id dictum sit, quam justius. Nam ad hos flagitiosos amores non ancilla herum sollicitaverat, sed herus ancillam. Nunc, etsi, ut exposui in prolusione prima, desiderium procreandi, in sexu foemineo, eo pudore est eaque taciturnitate, ut se virorum libidini nequaquam offerat ultro: tamen, horum blanditiis commotum et quasi elicitum, tanto exardescit celerius vehementiusque, et in sui expletionem labitur animo impotenti. Hac posita, lectores, invicta naturae proclivitate, quo modo mulier simplex, rusticana fortius restiterit corruptelis viri mariti, quam coelibis? Per reverentiam legum? Quarum vero? An naturalium? At cum his non discrepat, virum duabus foeminis operam dare (quod gravissimi olim et sanctissimi homines sibi liberum esse putaverunt), aut puellam tori participem esse conjugalis. Num igitur civilium? Ne hae quidem sociam adulterii, dummodo abesset a meretricia pravitate, alia poena, quam impudicitiae, mulctari voluerunt. Proinde non plus peccati admiserat rea, quam si cum viro non marito concubuisset. Ac si alia, melius instituta et morata istius impuri hominis insidias prudentia constantiaque devitasset: ut haec in omnibus paria insint, postulabimus? Verum quod in his peccatis sexui foemineo singularis clementia debetur: id me non impedit, ne adulteria uxorum gravius punienda censeam, quam virorum. Haec enim tantummodo institutis civilibus contraria sunt: illa vero, ipsius naturae sensu detestanda et abominanda judicantur. Igitur, ut dicam in transcursu, miror scriptores legum, qui hanc differentiam non observaverint saltem in adulterio simplici; quae in ipso du-

plici non parum momenti habere videatur. Quanquam jurisconsulti, ut omnem matrimonii religionem ad pactum conventum revocare solent, facile probaverint, peccata violatae fidei, pro aequali paciscentium jure, utrinque aequalia esse oportere.

Alios audivi, qui metum ignominiae et ignominiam ipsam dicerent, nimium, in hac disputatione a philosophis exaggerari. Itane vero existimatis: quia puellae illegitimo puerperio defunctae non, quemadmodum olim scorta meritoria, poenis vexantur ad foedissimam turpitudinem excogitatis? Quia plebis ludibria et contumeliae in eas non incitantur ritu publico atque solemni? Quia non ad spectaculum exponuntur in loco ignominioso, aut in ipso loco sacro? Quia non etiam fustigantur ac relegantur? Non satis est ad infamiam bonae famae amissio? Aut non satis ad hanc, quod, praesertim dum recens rumor est, in omnium oculos et linguas incurrunt? Quod parentibus suis odiosae, consanguineis molestae, alienis despicatae sunt atque contemtae? Denique, quod in hunc humilem locum deveniunt, ut sibi aut omnem spem conjugii dimittendam esse intelligant, aut accipiendum primum quemlibet maritum, modo non pessimum, qui haud dubitet puellam ducere hoc opprobrio deformatam? Aut an nihil infamia est, si non per leges infligitur? Imo vero ad dolorem intolerabilior est, quae, silentibus legibus, vulgaris opinionis voce pronuntiatur. Contra quam vocem leges nulli facto humano turpitudinem intulerint, et difficilius quoque abstulerint. Si miles generosus cum commilitone, ob gravem verborum injuriam, quam, nisi gladio suo vindicatam, insanabilem putaret, certamen sanguinolentum habuisset: utcunque in eum absentem poena infamiae exerceretur, nullam sui nominis

maculam conciperet. Alium contra, qui, in simili causa, judicio ordinario, quam pugna privata decernere maluisset, leges ab ignaviae reprehensione atque dedecore nequaquam immunem praestarent.

Tanta, Lectores, in rebus ad honestatem et turpitudinem pertinentibus, vis est ac dominatio humanarum opinionum! Quam si quidem leges per jussa et vetita semel totam frangere nequeunt: certe opera disciplinae publicae, et adhibito lumine philosophiae sanioris, paullatim debilitarent. Nam vehementer equidem dissentio ab asperitate eorum, qui ignominiam illegitimo puerperio inhaerentem, ne quid in ea re errorum inveteratorum consuetudini tribueretur, ipso sensu recti et honesti statutam esse contenderunt. Quid enim unus ille verus et incorruptus bonorum et vitiorum humanorum existimator, in sexum virilem, quam in foemineum, esset clementior indulgentiorque? Quia huic pudicitia magis colenda est? Cur magis: id est, de quo quaeritur. Vereor autem, ne multos in hac re fallat ambiguitas vocabuli. Pudicitia enim duplici significatu dicitur; altero ad verecundiam, altero ad castitatem pertinente. Verecundiae munus est, libidinem veneream obtegere, ne, dum quasi foras prodeat, virorum sensibus et appetitionibus nimis sit in promtu: castitatis vero, eam rationis potestate compescere atque domare. De verecundia igitur, quin propriam sedem habeat in sexu foemineo, nequit dubitari: castitas autem est illius virtutis robustioris, quae ex viro nomen habet. Nihil enim magis dignum est animo forti atque virili, quam imperium sui obsequio legum accommodare. Et hoc virile robur castitatis maxime elucet in observandis legibus conjugalibus: sic enim eas appello, per quas civitatum conditores voluptatis venereae licen-

tiam et libertatem naturalem, ad matrimonium retrahere instituerunt; ut nimirum hae perpetuae virorum et uxorum conjunctiones, tacito quodam coactu appeterentur et copularentur. Itaque si pudicitiam dicas pro castitate: quid ea mulieribus conveniat prae viris, nihil video; nisi illas etiam fortitudine et constantia nobis antecellere velimus. Quapropter miror illum scilicet sensum recti et honesti; quem legum conjugalium contemtio (semper excipio adulterium), gravius offendat in mulieribus, quam in viris, earum legum statoribus custodibusque; qui difficilius ignoscat graviditatibus sine marito, quam stupris illatis et adulteriis virorum; qui majore in turpitudine habeat non vincere invictum desiderium procreandi, quam non refraenare cupidinem merae voluptatis. Potest enim quicquam cogitari ac dici iniquius, quam hoc, quod mulieribus pro illegitimo puerperio sempiterna infamia metuenda est, earum corruptoribus autem vix seria reprehensio? Quam ipsam quoque isti magni moechi non in turpitudinem, sed in risum et jocum accipere consueverunt.

Quodsi tamen inconsultum videbatur, illegitimis puerperiis omnem ignominiam eximere: saltem provideri oportebat, ne ejus metus puellas inconsideratiores, quae per eum desiderio procreandi non restitissent, in vesana et impia consilia praecipitare posset, tot miseris infantibus calamitosa. At, dicat aliquis, satis provisum est per legem anno saeculi superioris septimo quadragesimo emissam, quae quoque anno in publicum proponitur ex suggestu sacro. Sed vero lex illa in eo capite, quod pertinet ad dissimulationem graviditatis; a natura sexus muliebris dissidet maxime: quippe jubet puellas gravidas, ei opprobrio se objicere sponte, cujus impotentissima formidine

agitantur. Nihil autem est, quod metui turpitudinis metum opponas legum. Testem facio illum, quem antea induxi, militem generosum. Atque universi timoris haec quaedam obstinatio esse solet, ut a fuga ejus mali, in quo jam defixus est, nisi aliqua vi adhibita violenta, retineri se haud facile patiatur. Igitur, relictis omnibus, disciplinae publicae hoc agendum erat, ut puellis praegnantibus latebrae partus clandestini praecluderentur, per ipsum auctorem graviditatis; ejus quidem hoc pacto sponsorem constituendum, ut, si qua sua incuria et levitate infanticidio locum fecisset, eam totam partem criminis, quae ad reticentiam spectat, sustineret, atque adeo ipsius caedis, etiamsi apertus suasor dici non posset, tamen adjutor tacitus haberetur et quasi receptor. Aliter infanticidiis nunquam modus ponetur. Atque sic etiam aliquod fraenum injectum esset indomitae petulantiae audaciaeque hominum libidinosiorum, nihil sibi cum sexu foemineo non liberum et concessum existimantium. Tametsi non dubito, quin huic instituto nonnihil difficultatis afferret vel exceptio congressus cum pluribus, vel ipsius stupri negatio. Quam utramque si leges nudam et jurejurando non confirmatam accipi nollent, verendum esset, ne jurisconsulti, etiam in hoc loco, de perjuriis legitimis conquererentur.

Animadverti autem debet, puellas, in hac dubitatione et anxietate, nihil facere lubentius, quam ut in ejus se tutelam committant, quem natura ipsis in ea re tutorem constituisse videatur. Rea illa, cujus causam nunc retracto, matrem fallebat nequissime: cum hero autem de statu suo communicaverat, ut primum intellexerat menstrua sibi cessare. Iste vero,

non ausus plane et aperte ab ea postulare, ut ad partum clandestinum se compararet, re vera idem faciebat, dum mulierem de fide silentii rogabat. Quo si, ut apud judices dictitabat, non partum, sed suum nomen latere voluerat: cur illi in pagum natalem remigrare paranti, non commendabat, et etiam inculcabat, ut matrem protinus scientem faceret? Cur eam, afflictam, querulam, indignabundam, non exhortabatur per preces minasque, ut animum sedaret seque ad rectum officium maternum revocaret? Cur dotem annuam, quam ei, scilicet primo puerperio jam vitiatae, legum statutis majorem addixerat, non hac conditione adstringebat, ut, si quid secus factura esset, promissum rescinderetur? Cur denique, quid infante futurum esset, prorsus non curabat? Nempe deerant leges, quae auctorem graviditatis huic officio strenue obligarent. Ideoque poena mortis erat remittenda.

Hujus argumentationis haec, Lectores, summa et conclusio est: ut aut ab illegitimis puerperiis infamia, aut ab infamiae metu, infanticidii parandi dolus et facultas prohibeatur, aut, si horum nihil in legibus situm erat, poena mortis ad custodiam sempiternam mitigetur. Est vero ejusmodi haec deprecandi ratio, quae pro crimine homicidii valere nullo modo posset. Id ipsum quoque multoties patrari solo timore, quis negat? Verum non timor per sese ignoscendi causam habet, sed is, legum quidem vitio, permissus sibi. Ut in timore illius furis armati nulla profecto legum culpa versabatur: nisi tales quis leges malit, quae furibus metum patibuli excutiant potius, quam incutiant. Et quo modo leges efficiant, ut rapiendi audacia metu careat suppliciorum, aut hic metus non

transeat in occisionem? Quod enim ejusmodi nebulo aliquis rapinam nunc, et, in omnem eventum, etiam caedem, apparat: id nulla suspicione intelligi potest. De meditando infanticidio autem quaevis puella gravida vel hactenus suspecta habenda est; ut observetur, seque observari sentiat. Talem vero non custodire, et a recessibus puerperii clandestini non depellere: simile mihi videtur, atque irato gladium non extorquere.

43.

PUBLICE CURANDAE VALETUDINIS PRAESIDIA, IN CIVITATE, JURE PLENO DESIDERARI, OSTENDITUR.

1814.

Si posteri olim admirabuntur et dignis laudibus extollent incomparabilem industriam atque divinum meritum eorum, qui ex artis medendi litteris nuper publice curandae valetudinis humanae scientiam quandam et artem compararunt, atque ita medicinae politicae, cujus antehac ne nomen quidem audiebatur, non modo inventores, sed amplificatores quoque et perfectores extiterunt: difficulter credent, quod ipsis nobis, eorum temporum aequalibus, incredibile videatur, fuisse nostro saeculo, ad omnem cultum civilem conformato, Germanos homines ea lentitudine ac tarditate, ut hoc novum et insigne praesidium salutis communis initio, praeterquam in academiis, parum cognosceretur, postea vero languide ac sero, per assiduas demum preces medicorum, a prudentiae civilis administris, nec nisi parce admodum et restricte, adhiberetur. Ac ne hodie quidem res tam meliore loco est, quin multa quaerendi causa et maxima sit. Itaque circumspicienti mihi locupletem istum apparatum, quem pro hac nobilissima disciplinae publicae parte, post Joannis Petri Frankii operam, Scherfii, Pylii, Metzgeri aliorumque his similium sollertia diligentiaque repertum et adornatum habemus, eadem nonnunquam oboritur miratio et aegritudo, ut quum

video amplissimas fortunas ac possessiones, talem dominum non habentes, qui eas cum hilaritate ac beneficentia in verum vitae fructum didicerit conferre. Quis enim non miretur ac doleat, tam praeclare inventa et cogitata non solum non vigere in usu, sed jacere quoque in oblivione?

Verum ut difficile sit, talia in communem salutem peccata non animadvertere cum aliquo stomacho: tamen cavendum est, ne, haud satis perspectis rei causis, reprehensiones praeposteras et iniquas expromamus. Nam libera est quidem indignatio; sed ita ut careat indignitate. Quod iis praeceptum velim, qui, simulatque hunc locum, vel in sermonibus familiaribus attingunt, ingens in rectores civitatum flumen fundunt querimoniarum invidiosarum, cum incitatione, qualis fere solet esse oratorum seditiosorum. Etenim impedimenta medicinae publicae non vociferatione, sed subsidiis depelluntur. Subsidia autem ut idonea et valida parentur, mali nimirum fontes eruendi sunt aperiendique. Quod non arbitrentur se assecutos esse, qui pecuniae ad hos usus paratae exiguitatem cognoverunt. Hi enim, quamvis in causa proxima nihil errant: tamen, quandoquidem non hujus ipsius quoque causas inquirunt, parum proficiunt ad emendanda ea, quae vel maxime cupiunt emendari. Nam inopia illa et egestas ipsa in sese, et a suis causis sejuncta, lamentandi magis locum praebet, quam vel disserendi, vel consulendi. Igitur qui in ea una consident nec unde ipsa exoriatur respiciunt, ii vel inscii ad tale sermonis genus delabuntur, in quo conquestio remediorum locum occupat. Quapropter mihi aut prorsus ab hoc argumento abstinendum esse, aut ita versandum ex-

istimavi, ut, cum agendo non possem, certe mali causas explicando et de remediis consulendo, aliquid operae viderer obtulisse.

Dicent illi animosiores, quid longinque repetamus, quae prope sunt et ante oculos posita? Nempe satis causae habet imperantium in his rebus parsimonia immoderata. — Immoderata igitur? Quid vero, si probatum fuerit, in ea nullum modum juris excedi: tamenne immoderatam eam putabitis? At enim haec non consideratis, ne, cum errore, vobis reprehendendi licentia eripiatur. Est autem, in hac re, excusatio deficientium facultatum verior et gravior, atque vulgo existimatur. Ut enim regno modice amplo, veluti Saxonico, schola medica, sive in academiis, sive in nosodochiis collocata, nullis docendi discendique copiis careret: ut artis obstetriciae seminarium floreret, cujus cultu oppidis omnibus et pagis succrescerent tum partus naturalis administrae, tum praeternaturalis moderatores, et utrique ii probatae dexteritatis ac fidei, videndo magis et experiundo, quam audiendo et ediscendo exercitati; ut nosocomia ampliora essent, vel, quod melius duco, numerosiora; ut medicis publicis digna stipendia praeberentur, cum quibus aliquanto plus temporis et industriae, quam pro ista vix mercedula, muneri suo impendere possent; ad summam et ne singula percenseam, ut in universa hac parte nihil hiaret, nihil dimidium et mancum relinqueretur: ad impensas eas, quae jam sunt qualicunque modo statutae, accessione annua opus foret non minus quinquagena millia numorum imperialium. Quae pecunia etiamsi non immensa dicatur: tamen major est, quam ut de fisco publico, aut de aerario, extra ordinem tamque certe ac tuto

addici possit, quin metuendum sit, ne subinde argentum numeratum haereat et insistat. Nam reditus, qui vel tributis, vel vectigalibus et portoriis, vel praediis publicis (ea dico, quae a patrimonio imperantis diversa sunt), vel denique juribus supremae potestatis peculiaribus, effici solent, maximam partem absumuntur per erogationes certas ac destinatas rei civilis et militaris, tum ministeriorum aulicorum aliasque. Ac si quid reliqui restat: prospiciendum est aerario, quod ad necessitates inopinatas nunquam non paratum et instructum esse debet.

En, inquiunt, imperantium quidem est illa suppeditare. — An igitur de suo? — Sane quidem. — At enim quo jure sumtus publici fisco privato incumbant? Si, quod sponte intelligi potest, nullo: liberum imperantibus est, quid in ea re facere velint. Atque ita de postulatis ad preces devolvimur. Verum ut divina eorum benignitas et liberalitas sit: tamen, si quendam justitiae modum servare et aequa proportione se distribuere volet, haud profecto magnifica et splendida esse poterit in genere uno. Taceo casus fortuitos bellorum et calamitatum aliarum, quarum interventu mirum non est, eam maxime constringi atque debilitari.

Quae cum ita se habeant, ut impensae, quas diximus, de pecunia publica promi non possint sine dubitatione, neque de fisco privato exposci sine injuria: haec una nobis optio superest, ut curam valetudinis communis aut fortunae permittamus, aut certum pro ea et perpetuum tributum constituamus, sive in fundos, sive in capita describendum. Quid autem minus id consentaneum putetur in re tali ac tanta, nihil offensionis, imo vero etiam multum gratiae ha-

bitura, quam in tot aliis, quarum necessitatem populus difficulter credat, et difficilius quoque perspiciat? Quis, non dicam bonus ac fortis civis, sed prudens et consideratus pater familias, parum istud ac ferme nihilum (totius quaestus annui vix bis millesimam partem), non grate ac laete vectigali tam modico praeberet, per quod non consilio obscuro alicui serviri, sed suae atque suorum vitae et incolumitati intelligeret provideri? Atque ut hic illic aliqui ex imperita multitudine, tanquam de magno sibi onere imposito, clamarent: hi clamores mox sponte conquiescerent, experta rei utilitate.

Magis metuendum foret, ne ii, quorum in talibus rebus maxime valet suffragatio atque auctoritas, huic tributo parum faverent. Parum faverent autem? Imo vero, ne vehementer ei et aperte adversarentur. Eorum enim plerique futuri essent, qui dicerent: „Medicorum querimonias et postulationes „iniquas esse, et philosophiae instinctu exaggeratas: „multa, etiam apud nos, in hac parte, praeclare in„stituta deprehendi. Quod passim aliquid lacunae „occurrat: id non magis mirum videri debere, quam „quod opera humana omnia multum absint ab ea per„fectione, quam philosophi, id est homines umbrati„les nulloque rerum usu eruditi, exquirant, et ad „cujus ideam atque exemplar quasvis reipublicae par„tes conformatas et expressas velint. Certe tantum „malum non esse, ut de novo tributo cogitandum „sit: quippe hujuscemodi subsidia non temere adhi„beri, sed ad summas reipublicae difficultates reser„vari oportere. Quod impensarum molestia populo „imponatur: id hactenus quidem recte a nobis fieri, „ut certe imperantibus ea nullo jure conveniat: at

„non magis illud eorum esse, ut sumtus per popu-
„lum efficiant. Universam disciplinae publicae admi-
„nistrationem iis ita liberam esse, ut cujusvis negotii
„ad eam pertinentis recipiendi, et recusandi, hoc
„modo, et alio, tractandi, perficiendique, et inter-
„mittendi, penes eos arbitrium sit: proinde nec eorum
„consiliarios reprehendendos fore, qui tributum no-
„strum haud probaverint, et vero etiam dissuase-
„rint.“ — Alii, paullo inclementiores, indignum existimaturi, ad disputationem nobiscum descendere, si tamen sui alloquendi facultatem nobis fecissent, rem omnem breviter et strictim conficerent illo potentissimo dicto: „sunt ad excogitandum ista, quam ad agendum, faciliora.“

Ex horum sententia nihil in civitate tam precarium est, quam hominum vita et valetudo. Quid nobis amplius sperandum relinquunt, cum copias ad eam curandam necessarias neque a populo, neque ab imperantibus suppeditari volunt? Quod enim illud nominatim negant, sumtus ad populum deferendos esse: idcirco imperantibus ad illos sustinendum nihilo magis auctores esse volent; ac si quis ab iis id contenderet, non dubito quin fiscum privatum tuituri essent eodem argumento, quo nos utimur. Quid multa! Otio suo consulunt: ideoque nunc imperantium, nunc populi jura praetendunt. Nam ut negotium devites, quod tibi molestum futurum praevideas: peropportuna excusatio est, si dicas, aliquod jus legitimum obstare.

Est igitur medicinae publicae haec iniqua conditio, ut non modo copiis paratis careat, verum etiam, ad eas, non maximo negotio parandas, curatorum suorum favore atque auctoritate destituatur. Quae

autem hujus destitutionis causa est? Nempe valetudo communis non eo modo ad formam reipublicae pertinet, ut vel religionum, vel jurium domesticorum extraneorumque descriptio: proinde inter res medias et indifferentes numeratur, quarum, in regenda civitate, studium honestum quidem et laudabile sit, at non debitum. In quo loco vereor, ne multos fallat illa scholis usitata officiorum juris pleni, et minus pleni distributio. Sit ea sane alias vera: certe ad imperantium munus non traducenda est. Sunt enim horum officia juris pleni ea omnia, quibus praetermissis stare civium salus nequit. Quodsi ea excipias quae vi exigi non possunt: nulla erunt quae juris pleni necessitatem habeant. Scilicet adversus peccata imperantium, nisi summa reipublicae periclitetur, ne actio quidem suppetit, nedum vis. Neque tamen id rectoribus civitatum argumento sit, ut valetudinis communis curationem amoris ac beneficentiae magis esse, quam justitiae arbitrentur. Hujus enim perfectae laudem ex hac una re habebunt, si diligenter servaverint condendae societatis civilis imperiique mandandi ac recipiendi pactionem. Quam caveant, ne, quia ejus commentarii et chirographa non exhibentur, nullam esse credant, nisi philosophorum ingeniis fictam et excogitatam. Quibus enim cunque initiis civitates extiterint: earum regendarum finis quidam sequendus est, et omnino talis, quem non servi homines, sed liberi spectaverint proposuerintque. Is vero nequit esse nisi in spe praecipuae felicitatis. Jam etsi spem hanc et expectationem, pro modo rerum humanarum, vel hactenus impletam vidimus, ut, etiam in civitate minus beata imperioque duriori subjecta, tolerabilior conditio sit parendi, quam, in bruta et feroci turba, dominandi (illos

enim tristes status civilis osores, qui tutius atque laetius vivi existimant sine legum ac morum disciplina, si quidem, ut Ciceronis verbis dicam, inventa fruge glandibus vesci malunt, nihil nunc audeo morari): tamen à valetudine insignem jacturam factam esse, apertum est et manifestum. Quantum enim gentibus feris et barbaris morum expolitione vitaeque usu et cultu praestamus: tantum illae nos corporis robore atque vigore antecellunt. Et quoad longissime investigari possunt morborum primae origines et causae: eos plerosque omnes de necessitatibus et jucunditatibus, de laboribus et incommodis, de virtutibus denique ac vitiis statui civili propriis videmus promanasse. Itaque aut omnino lege atque officio vacat suprema potestas; aut nihil a justitia magis alienum est, quam non, relictis omnibus, ea mala leniri, quae per ipsum statum civilem hominibus inferuntur. Quod enim suae quisque valetudini potest providere: id eo tantummodo pertinet, ut in cibo ac potu, in somno et vigilia inque animi et corporis intensione ac remissione, ordinem quendam ac modum teneamus. Verum haec domestica provisio non eas morborum causas depulerit, quae, nisi publica auctoritate et ope, prohiberi non possunt. Eas enim privatim amovere tibi ne licuerit quidem: nimirum repugnat, quippiam in civitate, quod ad publicum pertineat, agi privatim: praesertim in hoc genere, quod undique implicatum est juribus vel communibus, vel singulorum.

Haec cum sit ratio atque institutio societatis civilis: non majore jure contra rapinas ac fraudes, quam contra pericula valetudinis, praesidium imperii desideramus. Namque homines licentiam et liberta-

tem tuendi semet ipsos non temere abjecisse, sed consulto dimisisse putandi sunt; hac quidem lege et conditione, ut, qui reipublicae praefuturi essent, ipsorum salutem summa industria custodirent. Atque ex his conficitur tributi, quod volo, non salubritas modo, sed necessitas quoque. Necessitatem legitimam intelligi volo, quae faciat, ut ei nec describendo imperantes, nec pendendo cives, se possint recusare.

44.

QUID DIFFERAT INTER ANIMUM ET MENTEM QUANTUM AD SIGNA AMENTIAE.

1817.

Amentia quid sit, docet vis ipsa verbi. Est igitur privatio mentis, seu rationis. Nempe mens, veteris latinitatis usu, significat idem, quod ratio: ut apud Ciceronem numerosis in locis. Qui, cum animo mentem, veluti reginam ac dominam praeponit, quin rationem intelligat, non debet dubitari. Quod enim hic illic, ubi haec non de industria edisserit, sed obiter et festinante oratione attingit, verbis utitur licentius, et universam hanc in nobis sentientem et cogitantem naturam nunc animum, nunc mentem nominat promiscue: idcirco non existimandus est in sententia sua vacillare, quam de principatu mentis ex Stoicorum disciplina receptam habebat. Idem, si quando mentis perturbationes memorat, quas in animo esse constanter affirmet: verborum translatione, vere hoc dicit, animo perturbato, mentis dominatum impediri. Multo minus illud quemquam offendat, quod passim in animo esse praestantiam rationis ait. Sic enim intelligi debet: animum, adjuncta societate rationis, praestare et antecellere animabus bestiarum. Verum istam verborum permutationem, quamvis ipsius Ciceronis auctoritate et exemplo concessam, in hoc genere scripturae mihi fugiendam potius esse arbitror, quam imitandam. Namque vehementer pertinet ad hunc locum, diligenter servare mentis et animi differentiam.

Cujus omissione, vel, quod magis credo, ignoratione, crebro accidit, ut, in aestimandis amentiae signis, haesitent ac dubitent nunc medici, nunc jurisconsulti, et, prout eos in commentariis actorum, vel insanitatis, vel sanitatis, aliqua umbra et species nunc ludit, fallantur in alterutram partem.

Igitur animus est, qui res in hoc mundi spectaculo expositas, sensuum ministerio apprehendit, earumque imagines et simulacra memoriae impressa continet, et, ad ordinem memoriae, phantasiae ope renovat subinde atque instaurat. Quibus, si praesentis boni malive perceptionem afferunt, voluptas paritur, vel aegritudo: sin alterutrius praesensionem; appetendi, vel aversandi commotio cietur atque contentio. Ad consequenda autem bona, et ad amovenda contraria, animus adhibet opportunitates membrorum, partim natura datas, partim exercitatione ac consuetudine comparatas. In qua re nihil facit consilio; attamen conscius tum suimet ipsius, tum rei ad quam nunc incumbit. Atque horum omnium, quae ad facultatem cognoscendi et appetendi inferiorem pertinent, nihil est, quod non habere et exercere, sine mentis adjumento, animus possit. Scilicet pendent illa memoriae legibus maxime. Per has enim illae visorum vel similium, vel tempore aequalium, cognationes junguntur: ad quas idearum, ut modo dictum est, recursio dirigitur atque successio. Quae illis unis permissa, nec mentis ductu adjuta, tametsi nequit esse apta et conveniens (quippe leges memoriae naturae leges sunt, non rationis): tamen quandoquidem is, qui jam sanus non est, antehac sanus fuerat, sive ultimó tempore, sive superiore; mirum non est, eum inde in promtu habere aliquam forte idearum satis apte cohaerentium seriem et continuationem, et eam etiam variare posse

et immutare; adeo ut non pristinam illarum conjunctionem repetere, sed, in praesenti, novam meditari et efficere videatur. Dici enim non potest, quantum in ea re valeat idearum ad rationis quendam ordinem disponendarum et collocandarum consuetudo: quae ne in furiosis quidem statim in principio morbi perire solet; in caeteris vero generibus amentiae paullatim plerumque ac temporis diuturnitate deletur.

Sed eaedem memoriae leges, quibus idearum consecutio stabilita est, ipsas actiones hac necessitudine connectunt, ut quae simul quondam susceptae fuerunt, aut similitudine se attingunt aliqua, eae aliae alias impellant et excitent. Vt enim agere quippiam instituimus: statim se ad ideam propositi adjungit idea viae ac modi, qui vim habiturus sit et causam rei efficiendae: sive quod eam valere meminerimus, sive quod, nunc eam valere posse, intelligamus. Prius illud ad temporis vicinitatem pertinet, quae futurorum quandam divinationem efficit hoc pacto, ut, dum actionis quondam perfectae principium cogitando attingimus, illico totam ejus seriem omnibus, quibus ea cohaeret, partibus et vinculis, mira memoriae celeritate percurramus usque ad extremum finem et exitum. Quod vero sic agendi modum, nulla nobis experientia usitatum et cognitum, adhibemus, ut commodum et idoneum in sese: id, quamvis intelligentia et ratione adjuti multo faciamus aptius, tamen vel maxime ad legem similitudinis, memoriae praescriptam, debet referri. Nempe nihil magis inter se simile est, quam effectus et causa. Proinde haec duo memoriae affinitate continentur: nec quicquam interest, praesentia cogitemus, an futura. Quid quod ipsae motiones membrorum, per quas quaelibet actio tandem quasi foras et in sensuum conspectum prodit, eundem ordinem

memoriae iisdemque legibus statutum sequuntur sponte, atque adeo non consilio ac deliberatione, sed naturae nimirum necessitate. Sic, ut hoc utar, dextra manu ad pulsandas clavicordii fides acutiores demissa: sinistra inferiores petit ac movet, et eas etiam ad auris sensum congruentes; ac deinde utrisque manibus veluti una meantibus, sonorum seriem consuetudine copulatam repetimus. In qua re quanquam, praesertim initio, multa facimus inscii: nihilo secius nos continemus in terminis toni principalis, qui nunc dominatur; et qui soni huic cognati sunt, eos lege similitudinis invenimus; et perinde illum recipimus, legitima declinatione subinde dimissum, nihil delirantes a via et cursu intervallorum. Inter haec altera manus alteram ita comitatur, ut, quod harmoniae artificium est, dissimilium similitudo appareat concordiaque. Verum his, quae a me sunt alibi, in philosophicis exposita, nunc non immoror amplius.

Tanta cum sit memoriae in animo humano potestas: haud profecto mirabile est, quo modo amentes, cum ratione careant, multa congrue non loqui tantum, sed agere quoque et perficere possint. Neque tamen hanc aliquam sanitatis speciem et umbram sustinent, nisi aut in rebus vulgaribus et quotidianis, quarum, vel sermone, vel ipso actu et opere tractandarum consuetudinem tenent; aut in talibus, in quas nunc maxime intenta est eorum cogitatio atque voluntas. Quodsi vero quis, animi quid sit, quid mentis, adeo non perspectum habeat, ut ad haec simulacra sanitatis ratione tamen opus esse contendat: is nihil aberit a levitate et inconsiderantia eorum, qui rationem divino beneficio ac munere mentibus nostris inditam, cum bestiarum humilitate communicarunt: quemadmodum olim Plutarchus. Qui, ut erat parum

philosophus et ingenio uberior, quum, praesertim in physicis, judicio robustior: incredibili studio incredibilium, credulitatem paratam habebat pro multis, in vario genere litterarum, commentis atque fabellis. Bestiarum autem quodque genus, ut majores vulgo mirationes facit intelligentiae et artis: ita putandum est magis stupidum et ab humani generis excellentia remotum. Exemplo est universum propemodum genus insectorum. Quorum equidem dum contemplor incredibilem solertiam et machinationem, qua vel praedandi insidias parant, vel aliunde sibi metuendas devitant; vel, quasi cellulas penarias quasdam cibo asservando aptas, tum latebras, receptus, effugia, habitacula, etiam terram rostellis aut pediculis suis effodiendo, struunt; vel denique, quod inprimis volatilium est, involucra sibi texunt sua lanugine, quae exuant atque abjiciant, tanquam aliquas exuvias, totius figurae atque formae mutatione: dum igitur haec et tot alia contemplor: non artificia illorum animalculorum extollo, sed Dei, rerum omnium artificis et auctoris, sapientiam ac providentiam admiror, qui his ea opportunitatibus instruxerit, quibus, naturae impulsu, adducerentur ad res salutares, depellerenturque a noxiis; quid agant et quemadmodum, omnino nescia.

Quantum valeat, sine adminiculo rationis animus humanus, quoniam satis est, ut opinor, explicatum: quae menti propria et praecipua insint, explicandum deinceps. Et primum quidem omnem ea in se complectitur facultatem cognoscendi superiorem. Eam vero in ipsorum sensuum perceptiones expromit hoc modo, ut eas efficiat distinctas. Igitur singulas earum partes, ipsius acie discretas atque divisas, contemplatur singulatim; tum perceptionem cum notione gene-

ris membratim confert, hacque collatione ac comparatione rem perceptam, ex iis quae sunt generi attributa, veluti ex signis agnoscit. Visa autem partim ipsius nutu ac jussu, partim sponte instaurata, veluti materiam sibi subjectam tractat et subigit, varieque fingit et format. In qua re, tametsi legibus memoriae mirifice adjuvatur: ad has non adeo adstricta est, ut non eum ordinem idearum exquirat, quem nunc maxime vult, et praesenti cogitationi, sermoni, actioni, inprimis aptum et convenientem; amotis et relictis alienis. Idearum diversarum autem similitudine utitur, ad inveniendas et componendas novas, et, quod primo loco commemorandum erat, ad fingendas notiones universales: ex quibus, quid de quaque idea et re, quae iis subjecta est, vel affirmari, vel negari debeat, perspicit ratiocinando (*desunt quaedam!*) invicem tangentes, non aequales esse inter se ipsas: ergo, siquidem inter duo contraria non admittitur medium, esse illas aequales consequitur.

Latissime vero patet hujus supremae legis vis ac dominatio, nec ullum enuntiatum est, quod contra illius auctoritatem aliquis tueri queat, aut saltem cupiat. Et ex ea non modo pugnant sapientes, verum quoque ipsi stulti. Horum enim nullus reperitur, qui non ineptissimos errores rationi convenientes efficere velit, et quèmlibet, diversa sentientem, ab ea recedere queratur. Inprimis vero in eo genere scientiae purioris, quae nihil a sensibus admistum, nihil a rerum usu aut institutione mutuatum habet, quanta sit hujus unius legis vigore, vis atque potestas rationis, elucet. Est enim scientia haec a priori tracta omnis (quippe experientia, cujus aliqua pars institutione paritur, ratione posterior est), et fundamentum est doctrinarum omnium, quae, in rebus, quae unice verae

sunt in sese ac necessario et semper eaedem (ὄντως ὄντα veteres philosophi appellant), id est in contemplatione idearum, et earum copulatione, disjunctione infinitaque variatione versantur. Quo, cum mathesi, universa pertinet philosophia generalis. Cujus utriusque demonstrationes, quadam quasi provocatione, ad illam supremam legem tandem referentur. Neque ad haec opus est, aut sensuum opera, aut institutione; nisi hoc pacto, ut materia non desit, in quam legum suarum vim conferat et exerceat. De qua re Socratem divinitus multa disserentem inducit nobilissimus hujus auditor, Plato. Leibnitius vero in libro eo, quem de intelligentia humana posthumum reliquit, totum hunc locum excutit et de integro retractat: hoc adversus Lockium probans evidentissime, leges rationis omnes mentibus nostris insitas esse; tametsi non enuntiationes, quibus illas declaratas habeamus, cum ad conscientiam nostram pervenerint; quod sane postulat sensuum usum et quandam disciplinam.

Ratio autem ut in regenda facultate cognoscendi nullis se terminis patitur coërceri: non item quoque in alteram partem animi tam absolutum imperium exercet, ut nihil legibus ipsius et praeceptis contrarium voluntas humana appetat et etiam suscipiat perficiatque. Nempe voluntatem liberam esse oportebat, ita ut non alieno impulsu ea moveretur, sed rationi consentanea aut dissentanea deligere; sui arbitrii esset: quo sublato nulla relinquitur neque vitii reprehensio, neque laus virtutis. Igitur voluntatem ratio ad res honestas et ipsius legibus convenientes, excitat et impellit illa quidem atque à turpibus dehortatur, aut cum huic voci non obtemperavit, eam etiam objurgat: at non trahit ac cogit. Sic debet intelligi. Cum voluntas, inter honestatem et cupiditatem media

est atque, huc et illuc inclinata, fluctuat et ambigit: ratio ei legem suam ante oculos ponit graviter ac serio inculcat, atque si ab ea recessit, et hominem ad suimet ipsius vituperationem et contemtum abjicit.

Est vero haec lex, quae recti et honesti normam et regulam statuit, eadem illa suprema et sempiterna, cujus vi ac necessitate intelligentiam vidimus a ratione gubernari. Quod enim philosophi rationis humanae quasi duas partes fecerunt, quarum altera intelligentiam, altera voluntatem regeret: id non sic accipere quisquam debet, ut non utrius sit eadem lex, aut ejusdem legis non par et eadem veritas: sed prout ratio aut ad cogitationem, aut ad contemplationem pertineret, eam a duplici quasi facie consideratam, theoreticam, aut practicam nuncupari voluerunt. Caeterum haud magis repugnat triangulum cogitare non terminatum tribus lineis, quam pactum legitimum, idemque non servandum. Nam in postrema perinde, ut in priore notio eadem simul ponitur et tollitur. Igitur qui pactum deserit, quod servari a se oportere intelligit: is non errore judicii peccat, sed pravitate voluntatis. Hoc ajo. In iis, quae per legem rationis imperata sunt, etsi nullus ne dubitationi quidem, nedum errori locus relinquitur, illius ad observantiam enim quisque, utcunque inscius alioquin et stolidus, se obstrictum sentit: haud tamen hic necessarii officii sensus (obligationem dicunt interpretes juris), ut judicandi, itidem etiam volendi et agendi necessitatem efficit. Ratio enim legi suae assensionem parit, non obtemperationem. Quocirca male quidam hanc necessitatem moralem appellant; proinde ac si voluntati esset imposita. Pertinet enim ad unam intelligentiam illa, ita ut logicam eam potius, quam moralem dixeris. Atque ratio intelligentiae utique domina

est; voluntatis autem non domina, sed magistra et consiliaria.

Haec quae de dissimili mentis et animi natura satis, ut arbitror, dilucide a me jam disputata sunt, eo valent, ut, quemadmodum in signis amentiae vel admittendis, vel rejiciendis, toties erretur, quisque non indoctus perspicere possit. Omnis igitur amentia fit amoto ab animi functionibus lumine et gubernaculo rationis. Nempe sine ratione, tum intelligentia coeca est, tum voluntas devia.

Reliquum est, ut proxime dicam de amentiae definitione, et in potiora genera sua distributione.



MEDICINAE STUDIUM

OCTO SEMESTRIBUS DESCRIPTUM.

I — IX.

I.

1797.

In ea me semper opinione fuisse profiteor, ut, si quos viderem, vidi autem permultos, qui in medicinae studio ordinem ac seriem institutionis perturbarent, nullamque regulam et praescriptionem scholarum sequerentur, hos ego plerosque veriorem et apertiorem viam non ignorare, sed consulto declinare et effugere putarem. Nam theologiae et jurisprudentiae rationem et artem neminem invenire posse, nisi praeeunte idoneo duce, doctis et harum litterarum peritis credo. Medicinae autem perspicua distributio est, partiumque ejus omnium naturalis quaedam necessitudo et conjunctio, communi sensu definita et declarata, tum ipsis illarum nominibus haud obscure significata; adeo ut quilibet, etiam tiro et hospes, quae sint cujusque disciplinae antecessiones, et consecutiones, et quod cuique tempus conveniat, per se possit judicare. Etenim, ut hoc utar, in jure canonico quaedam principia inesse et fundamenta usus forensis: quis id prospiciat, nisi per Schottum aliquem vel Eisenhardum edoctus? At vero therapiae particularis praecepta de generali therapia peti oportere: id nimirum sana ratio monet ipsaque vocabula indicant. Potest quicquam absurdius esse, quam chirurgicis acroasibus adsidere, nullis pathologiae institutis imbutum? aut materiae

medicae operam dare, sine historiae naturalis et chemicae praecursione? Igitur qui seriora studia haec temere anticipant, illaque priora vel praetereunt, vel in aliud et importunum tempus differunt, non peccant inscii, sed volentes; levitate videlicet ac festinatione; aut quia ordinis ita sunt impatientes, ut, in quod semestre quaeque disciplina collocetur, nihil credant interesse. Multi quoque per sui scilicet ingenii praestantiam omnibus volunt esse legibus et vinculis liberi atque soluti.

Quae cum ita sint, facturusne sim operae pretium, qui medicinae addiscendae viam et artem nunc exponam, nescio: quanquam hanc potest hoc scripturae genus utilitatem habere, ut ab illis discentium peccatis excusatio amoveatur ignorationis. Etsi vero in disciplinarum medicarum ordine et collocatione nihil ambiguum deprehendatur; tamen singularum tractandarum quaedam sunt cautiones: non discentibus solum, verum inprimis quoque docentibus animadvertendae. Ad hos posteriores tamen hujus scriptionis usum aliquem hoc duntaxat pacto volumus pertinere, ut eos, qui in sua docendi ratione et consuetudine jam consenuere, hinc nullo modo deducere audeamus. Nam nihil tam est tenax et immobile, quam diuturna consuetudo; cujus, etiam in litterarum scholis, maximum jus, sine ratione ac lege, in vetustate positum putatur.

Ne vero aut nimis breve et contractum studium medicinae, aut nimis longum et diductum efficeretur, octo semestribus, per veris et autumni principia discretis, omnem ejus ambitum sumus complexi; hac tamen lege et conditione, ut, qui aliquando academiam capessere munusque doctoris gerere vellent, amplius quinque annos illud prolatarent. His enim plus tem-

poris conferendum est in litteras interiores, quibus nullus in academia doctor sine dedecore potest carere. Numeri arabici indicant, quot quaque hebdomade horae cuique auditioni impendantur. De lingua francica, anglica etc. nihil singulatim praescripsi: nam haec otii magis sunt, quam laboris. Principium posui semestri aestivo. Quam universi studii Medicinae descriptionem dispositionemque, ut uno oculi conjectu lectores possent intueri, hanc tabulam exhibui; singulas deinceps animadversiones nonnullas adspersurus.

Semestre primum.

I. Mathesis pura. 4.
II. Logica et Metaphysica. 4.
III. Isagoge in studium medicinae. 2.
IV. Historia naturae generalis; accedit separatim zoologia. 6.
V. Botanica. 4.
VI. Oeconomia corporis humani; vel anatomes et physiologiae adumbratio generalis. 6.
VII. Super scriptoribus graecis vel latinis acroases quaedam. 2.

Semestre secundum.

I. Logicae et Metaphysicae repetitio. 4.
II. Physica experimentis illustrata. 6.
III. Chemia. 6.
IV. Mineralogia. 2.
V. Anatome, grandiores partes junctim describens. 6.
VI. Tentamina per colloquia, super anatome. 2.

Semestre tertium.

I. Osteologia et Syndesmologia. 4.
II. Physiologia. 4.
III. Materia medica. 6.
IV. Chemiae repetitio. 6.
V. Botanices continuatio. 4.
VI. Tentamina per colloquia, super rebus ad chemiam et materiam medicam pertinentibus. 2.
VII. Scriptores graeci vel latini. 2.

Semestre quartum.

I. Anatome genera partium describens: viscera, vasa, nervos etc. 6.
II. Pathologia. 4.
III. Chemia pharmaceutica. 4.
IV. Physiologiae repetitio. 4.
V. Materiae medicae repetitio. 6.
VI. Ethica. 2.
VII. Exercitia dissecandi, in theatro anatomico.

Semestre quintum.

I. Semiotica. 4.
II. Therapia generalis. 4.
III. Doctrina de febribus. 4.
IV. Anatomia pathologica. 4.
V. Exercitia praeparandorum medicamentorum; in officina pharmaceutica. 2.
VI. Anthropologia. 2.
VII. Colloquia super rebus ad pathologiam pertinentibus. 2.
VIII. Exercitia disputandi et scribendi. 2.

Semestre sextum.

I. Pathologia morborum singulorum quorundam; venereorum, infantum, puerperarum etc. 4.
II. Ars formulas medicas concinnandi. 4.
III. Diaetetica. 4.
IV. Prima morborum dignoscendorum exercitia, in instituto clinico. 4.
V. Anatomia pathologica, cadaveribus declarata. 2.
VI. Exercitia disputandi et scribendi. 2.
VII. Super veteris medici libro aliquo auditiones 2.

Semestre septimum.

I. Therapia particularis. 6.
II. Chirurgia. 4.
III. Fasciarum et Instrumentorum chirurgicorum notitia. 4.
IV. Politia medica. 2.
V. Historia medicinae. 4.
VI. Notitia librorum. 2.
VII. Morborum curandorum exercitia prima, in instituto clinico.

SEMESTRE OCTAVUM.

I. Ars obstetricia. 4.

II. Medicina forensis. 2.

III. Therapiae particularis continuatio. 6.

IV. Chirurgiae continuatio. 4.

V. Historiae medicinae continuatio. 4.

VI. Exercitia disputandi et scribendi.

VII. Exercitia morborum curandorum, in instituto clinico.

SEMESTRE PRIMUM.

I. LOGICA ET METAPHYSICA. Optabile foret, acroases logicas haberi medicinae separatim usibus accommodatas, inprimis ea parte, quam practicam solent appellare. In qua sunt quidam loci, quorum utilitas vel maxime in arte medendi elucet: ut ille palmaris, de fontibus veri et falsi in disquisitione causarum. Nam dici non potest, quantum in hac re animos nostros fallat idearum conjunctio, per quam sequentia prioribus annectere consuevimus, causa interposita tanquam vinculo quodam. Igitur verissime animadversum est a Cicerone, non quod cuique antecedat, id causae esse, sed quod efficienter antecedat. Qua de re etiam atque etiam admonendi sunt in dialecticis medicinae cultores, ne morborum symptomata temporis nexu inter se copulata, per causam et vim efficiendi omnia existiment cohaerere. Quod toties accidit medicis dogmaticis, qui ex unoquoque morbo symptomata omnia sic deducere studuerunt, ut alia ex aliis apta essent, universa autem ex morbo provenirent. Exemplo sunt vulgaria decreta de inflammatione, in qua tumorem causam febris constituerunt, febrem caloris, calorem suppurationis, hanc denique gangraenae et sphaceli. In qua disserendi ratione cum nihil non continuum, nihil interruptum olim inveniretur, nunc multum lacunae recentiores pathologi de-

prehenderunt. Taceo alia dialectices capita, quorum in medicina eximius usus esse et perhibetur, et reperitur.

II. Isagoge in studium medicinae. Hanc non volumus illis encyclopaediae et methodologiae praeceptis et institutis terminari, sed patere paullo latius, omnemque medicinae rationem exponere et declarare; hoc inprimis consilio, ut tirones prospiciant, quantum haec scientia et ars in discendo amplitudinis et laboris, quantumque in agendo difficultatis et impedimenti sit habitura. Distribuimus autem universam hanc isagogen in partes tres. Prima criticen quandam medicinae continet; secunda de ingenii dotibus ad artem medendi necessariis exponit; in tertia disciplinarum ordo et series describitur.

Dicam primum de critice. Quod nomen ne offendat, mentem meam apertius explanabo. Igitur hanc tironibus statim in primo aditu ad medicinae studium quaestionem tractandam esse et volutandam arbitramur: an sit aliqua scientia et ars medendi? sique sit, quibus limitibus circumscripta et definita reperiatur. Nam temerarium et inconsultum est, quicquam ardui audere in litteris, cujus agendi neque facultatem, neque jus probaveris. Itaque etiam theologi antequam doctrinam de religione christiana ingrediuntur, esse religionem christianam demonstrant, eamque per litteras sacras revelatam. Perinde philosophos solemus laudare, qui metaphysicam scholam ab illa ipsa quaestione: an sit metaphysica? exordiuntur. Hoc eorum causa praemonui, qui hanc criticen nostram, quam vere mallent a medicorum scholis removeri, in ultimum forte semestre cupiant differri. Ut vero, unde aberravit oratio nostra, eo redeat: duo hujus critices capita constituimus: quorum alterum

cognoscendorum, alterum curandorum morborum dif-
icultates exponat. Atque in his duobus summa inest
llius ipsius quaestionis: num sit aliqua medendi
cientia et ars: quae tantummodo hactenus est, si
norbi et cognosci possint, et sanari. Et quibus utra-
ue illa facultas limitibus circumscribitur, iisdem ipsa
nedicina existimanda est terminari. Quod ad mor-
orum cognitionem attinet, eam omnibus naturae hu-
nanae investigandae difficultatibus obseptam esse et
mnino tenebricosam atque obscuram deprehendi,
perte est in hac isagoge confitendum. Dehinc ma-
istro progrediundum ad monita et consilia, ne quic-
uam in physiologorum aut pathologorum decretis, ita
rmum et stabile habeant, quin temporis flexu acces-
onibusque et decessionibus doctrinae possit immutari.
tenim theoriam medicam, quam vocant, non perpe-
iam habemus et constantem, sed fluxam et mobilem,
ujusque videlicet saeculi experientiae accommodatam
t aptam. Nihil igitur in decretis medicinae theore-
cis verum est perpetuo ac semper, sed verum hoc
empore i. e. donec alia et meliora fuerimus edocti.
a, ut hoc utar, ante declaratum chyli cursum, vera
ententia erat eorum, qui per vasa portarum ad he-
ar illum deducebant. Nunc vera amplius illa non
t. At jam hoc verum, respirationis ope aërem de-
rvescere et phlogisto liberari. An verum futurum
t etiam aliquot saeculis post, nescio. Nunc, quod
on verum est perpetuo ac semper, id nequit certum
sse: nam certi nullae sunt vicissitudines et permu-
tiones: ergo hoc nostrum verum probabili contine-
ır et hactenus nobis est sequendum, ut, si quando
lsum id esse intellexerimus, ab eo discedamus.
tque hic incidit gravissimus locus de ambiguitate
gnorum, tum de fallacia judiciorum, quibus causa

interior et vis cujusque morbi eruatur. Nam omnia haec signa et judicia decretis nituntur de natura humana, vel, ut idem alio modo dicam, institutis atque praeceptis physiologiae: ideoque non magis certa et firma deprehenduntur, quam ista, quibus quasi sunt inaedificata.

Alterum critices caput morborum sanandorum difficultates exponit; quae profecto haud possunt leviores esse, quam illae cognoscendorum. Nam recondita est medicamentorum natura, valdeque dubia vis eorum et efficientia. De qua re sic ego arbitror praemonendos esse medicinae cultores, ut in omni medicamentorum delectu plus experientiae tribui, quam rationi atque doctrinae intelligant oportere. Haec vero de artis medendi difficultate expositio atque confessio eo tandem est dirigenda, ut ad acerrimam studiorum contentionem ingenia discentium incitentur. Nam quoniam ejusmodi res et conditio est, ut medentibus, tum in morborum diagnosi, tum vero etiam in eorum curatione sententiae probabiles anquirendae sint: hae nisi summa adhibita sedulitate omnique investigata tum corporis humani fabrica et οἰκονομίᾳ, tum medicamentorum virtute, non possunt inveniri. Itaque ridiculus timor est eorum, qui metuunt, ne per hanc criticen, quam ad primam institutionem exquirimus, adolescentes a severitate et constantia studiorum avocentur. Nam nihil est, quod magis acuat in liberioribus ingeniis stimulos discendi, quam posita ante oculos quaestionum in omnem partem disceptandarum amplitudo et varietas. Et qui ad hos stimulos inveniuntur hebetes et ignavi, hos nimirum ad medicinae studium nullo modo aptos esse judicamus. At dicat aliquis: haec sub finem potius curriculi academici sunt edisserenda. Cur vero non sub initium?

Ne scilicet perturbentur tirones. Nempe igitur haec
d investigandum et cogitandum institutio perturbatio
st. Et vere se habet. Nihil enim tam quietum est
uam assentiri, nihilque tam actuosum, quam dubi-
are. Aut si veremini, ne juvenes doctae ignorantiae
roposita laude intumescant: an magis probandos eos
xistimatis, qui solidae et firmae scientiae opinione
unt inflati. Denique qui scepticam hanc rationem
eformidant, quid sit illud σκέπτεσθαι, non habent
efinitum. Id enim non in dubitatione, sed in con-
ideratione positum est. Nam dubitare id nimirum
st vacillare in utramque sententiam oppositam: con-
derare autem (in quo summus του σκεπτεσθαι vigor
ernitur) est sibi constare sic, ut nullas mens vanas
piniones amplectatur, sed interim secuta probabiles
ententias suae assensioni imperet cum aequabilitate.

Altera pars isagoges quaerit de ingenii dotibus
d medicinae studium necessariis. In his aestimandis
rovidendum est idoneo magistro, ne tale ingenium
xquirat, quale in poëtis et artificibus admiramur.
am etsi hoc magni facimus, tamen ab eorum vehe-
enter alieni sumus opinione, qui omnem medici
raestantiam in eo inesse credunt. Etenim magnae in
oc studio partes sunt memoriae: et memoriam opor-
t esse certam et fidam nihilque in visis comprehen-
s immutantem. Deinde infinitae sedulitatis est me-
cina et invicti laboris. Denique ad morbos cogno-
endos observandi patientia et assiduitas requiritur,
l curandos autem imperturbata quaedam agendi
qnabilitas, quae parum nonnunquam absit a cuncta-
one et tarditate. Haec omnia ejusmodi sunt, ut in-
nium, quod proprie et significantius hoc vocabulo
citur, citius impedire quam adjuvare medicinae stu-
ium et usum posse videatur. Tanto magis nonnul-

los divinos homines ego admiror, qui, cum excellentissimo et alacerrimo ingenio praediti sint, in medicina facienda hinc nihil peccent. Itaque non probo Zimmermannum, qui in libro eo, quem scripsit de experientia, perpetuo et continenter ingenium laudat: proinde ac si non medicamentis, sed ingenio, morbi sanarentur.

Isagoges tertia pars, quae de ordine ac serie praecipit studii medicinae, tabula nostra continetur. Adjungenda sunt uniuscujusque doctrinae et scientiae adjumenta. De caeteris per alias consimiles occasiones academicas dicam.

II.

1 7 9 7.

III. Oeconomia corporis humani. In hac anatomen leviter tantummodo adumbratam, physiologiaeque decretis de partium usu declaratam et illustratam volumus. Esto igitur schola haec ad anatomen praeparatio: nihilque in ea est de physiologicis delibandum, nisi quod anatomicae disciplinae videatur opitulari. Credo ego, fore nonnullos, qui mirentur, quapropter ad studium anatomicum necessaria sit praeparatio; quippe quod ipsa naturae notatione, rerumque ante sensus positarum animadversione contineatur. Tum alii hoc etiam magis incongruum et ineptum judicabunt, quod ad hanc scilicet praeparationem praecepta physiologiae adhiberi velimus. Explicabo mentem et sententiam meam diductius. Igitur nollem tirones medicinae, quamprimum ad academiam accesserint, continuo se ad osteologicas acroases conferre; quod plerique faciunt omnes; consultorum magis vitio, quam sua quadam levitate aut properatione. Etenim potest quippiam difficilius et molestius esse, quam tot apophysium, processuum, spinarum, fovearum, rimarum, fossarum et situm, figuram, circumscriptionem, conjunctionem, et, quod fere caput rei est, nomina perdiscere, nulla intellecta harum rerum utilitate? At vero cognitis musculis, et perspecto qualitercunque vasorum et nervorum decursu, hunc laborem faciliorem tolerabilioremque reddi, quotusquisque non videt? Et sicut osteologiae

studium musculorum aliqua et vasorum atque nervorum notitia quodammodo adjuvatur: sic caetera primaria capita doctrinae anatomicae vix memoria, nedum cogitatione ac mente possunt comprehendi, nisi partium describendarum utilitas paullo apertius a magistro declaretur. Id vero ne in schola anatomica fiat, temporis angustiae prohibent: ergo peculiares ad eam rem auditiones habendas esse censeo, per quas ad pleniorem solidioremque anatomen aditus aperiatur. Illarum tamen non hoc institutum est, ut anatomen tirones perfecte discant, sed ut in ejus consuetudinem et quasi familiaritatem sensim adducantur. Nam nihil ego magis molestum, ne fingendo quidem, effici posse puto, quam anatomen eamque doctiorem ac subtiliorem, a partium usu plane sejunctam atque separatam. Quod igitur osteologiam, scilicet subtiliorem illam, quae in totum integrum semestre excurrat, tironum, qui modo ad academiam accessissent, statui et conditioni non putavimus convenire, haec inprimis causa fuit, quia verebamur, ne studia eorum rei vel difficultate deterrerentur, vel obscuritate impedirentur.

Similis ratio est capitum anatomes caeterorum. Etenim non magis facile est, vasis nervisque operam dare, nulla prospecta eorum utilitate. Itaque laudabile, meo judicio, institutum foret, si doctores medicinae, inprimis juniores, per ejusmodi anatomes et physiologiae quasi prolusionem quandam (nam haec fere est illa, quam volumus oeconomia corporis humani), discentes in primam notitiam harum disciplinarum adducerent, et quae cujusque futura sit institutio, praemonerent. Et cum ejusmodi naturae humanae levior descriptio avide expetatur etiam a multis quasi extraneis, qui a medicinae schola et pro-

fessione remoti sunt: et horum desiderio, et medicinae cultorum studiis consuli posset harum acroasium instituto communi: quanquam forte verendum esset, ne, nimio perspicuitatis studio, et semota omni diligentiori partium corporis humani descriptione, nimium haec schola tenuis efficeretur. Per eam enim tirones omni modo sunt primis anatomiae elementis erudiendi; adeo ut ossium figuram et conjunctionem, viscerum situm, vasorumque et nervorum primariorum omnium origines atque progressus memoria calleant.

Sed quoniam hae auditiones in aestivum semestre incidunt, quod cadaverum usu, per ipsam temporis necessitatem, destituitur: adhibendae sunt ad eam rem partes corporis humani in museo anatomico conservatae, etiam figurae tabulis aeneis expressae, aliisque adjumentis utendum, quibus ne solidioris quidem anatomes magistri carere possunt; praesertim si quando cadavera desunt; quae vere in academia bene constituta nullo hyberno tempore deesse deberent. Sed, ut dicam in transcursu, haec certe non professorum culpa est existimanda.

IV. Botanice. Eam hoc semestri volumus, quae sit pars historiae naturalis, plantarumque cum omnino naturam, ad physiologiae modum, illustret, tum vero etiam earum distribuendarum notas declaret, inveniendarumque et cognoscendarum modos ostendat atque suppeditet. In quo studio nihil esset etiam ab hyberni semestris importunitate alienum: ipsae plantarum inquirendarum exercitationes, quae institui non possunt, nisi adductis in rem praesentem tironibus, in tertium semestre sunt collocandae.

Caetera, quae in semestri primo commemorantur, quanquam magnae dignitatis sunt et infiniti usus: ta-

men nihil ambiguitatis habent. Namque voluimus has in tabulam nostram animadversiones, ad eas duntaxat scholas pertinere, in quibus a vulgari et veteri consuetudine videretur esse discessum.

SEMESTRE SECUNDUM.

V. Physica experimentis illustrata. Praevideo, fore aliquos, qui huic matheseos applicatae saltem capita potiora praemittenda fuisse dicant.

VI. Anatome partes grandiores junctim describens. Vereor, ne, quid hoc sit, nonnullis videatur obscurum. Igitur partes grandiores nomino non eas, quae magnitudine prae caeteris conspicuae sint, sed quae structura sua singulum quoddam corpus efficiant in sese, et ex communibus structurae humanae elementis, partibus videlicet minutioribus, compositae deprehendantur. Ita v. g. oculus ad partes grandiores pertinet, quanquam non est magnae molis instrumentum: est enim quidquam per se oculus, suaque propria appellatione insignitum. Sic volo intelligi. In vasis, nervis, telaque cellulosa, insunt initia et fundamenta fabricae corporis humani; et quae his existunt, eas ego, etiam in Quaest. physiol. partes grandiores appellavi. Deinde illud junctim, quod in hac re maximi momenti est, non ita est accipiendum, ut omnium harum partium et universarum totiusque corporis humani conjunctio atque necessitudo demonstretur: sed volo potius quamque singulam describi; junctim tamen. Quod quale sit, operam nunc dabo ut fiat perspicuum. Igitur vulgaris ratio docendae anatomes et minime improbanda haec est, ut eatur per partium corporis humani genera, et cujus-

que generis scientia peculiaris et doctrina efficiatur. Sic ab osteologia (quae una plerumque solet per integri semestris aestivi spatium diffundi), proceditur ad splanchnologiam, angiologiam, neurologiam et sic porro. Nunc itero et repeto, hanc rationem in sese minime esse reprehendendam: sed tamen ea non deberet una dominari; atque operae pretium foret, singulas partes grandiores (quas ego intelligam, dixi modo ante) seorsim quoque describere, nec perpetuo et semper unum illum splanchnologiae, angiologiae, neurologiae etc. ordinem sectari. Quoniam vero uterque modus utilis deprehenditur, alterius tamen sine altero utilitas non magna esse potest: utrumque servandum putavimus sic, ut tertio semestri osteologiam et syndesmologiam, quarto autem reliquarum partium, secundum genera, expositionem adsignaremus.

Dicat aliquis, aptius fore, inversis tabulae nostrae temporibus, primum ire secundum genera partium, tum partes grandiores junctim illustrare. Sed ponimus tironem ad ossium, viscerum vasorumque et nervorum notitiam probabiliter institutum, per illas auditiones de oeconomia corporis humani; quibus sex quaque septimana horas impendi voluimus, ne rudis hinc, angiologiae inprimis atque neurologiae, dimitteretur. Caeterum si qui sunt, qui tamen nolint hanc a nobis propositam disciplinam, illi magis usitatae praecedere: non pervicaciter pugnabimus; modo eam necessariam esse non diffiteantur. Esse autem necessariam, id verbis non eget, tum vero etiam, ne de recentioribus dicam, Winslowii jam dudum auctoritate est et exemplo probatum. Qui postquam partium genera omnia persequutus esset, junctim de ca-

pite, junctim de sentiendi instrumentis, junctim de abdomine atque pectore sibi dicendum putavit. Nec potest dubitari; quin magno commodo futurum esset, si eodem modo etiam de aliis partibus, v. g. de facie, de faucibus, de collo, de pelvi, praecipue muliebri, de humero et brachio, de crure ac tibia, de manu denique et pede extremo, in anatomica schola diceretur. Sed ad eam rem inprimis opus foret dissecandi genere tali, per quod, scilicet quia lineas et rectas ad perpendiculum, et transversas, et circumferentes persequitur, omnes singularum partium omnium interiores facies in conspectum producuntur: in quo illa cernitur ars et commoditas partes quascunque scindendi ac dividendi per fissuras, et resectiones (*coupures*): quibus nihil ego arbitror ad studii anatomici consilium et fructum aptius posse atque uberius inveniri. Atque hoc ego affirmo bonorum anatomicorum omnium auctoritate atque consensu. Nam ad boni anatomici praestantiam et laudem non satis est, omnem corporis humani fabricam et compositionem memoria comprehensam habere; sed eminet illa vel maxime in hoc, ut eam possit in plenissima ubique luce collocare.

VII. Tentamina per colloquia super anatome. In his ad quaestiones respondendum est non memoriter solum, sed etiam sic, ut tirones, sive in cadavere, sive in partibus per artem anatomicam conservatis et in figuris aeneis, vasa, nervos, musculos etc. digito monstrent ipsi. Nam qui sit v. c. arteriae alicujus primariae progressus, quique ex hoc trunco rami, et ex quoque ramo qui surculi deducantur, id perspicua et continua oratione demonstrare, quanquam magni momenti est, tamen hujus scholae insti-

totum non explet: at vero si quis interrogatus, ubi sit principium arteriae thyroideae, digito id monstraverit, se scire probaverit omnium optime.

SEMESTRE TERTIUM.

VIII. Osteologia et Syndesmologia. Etsi nunc osteologiam exquirimus paullo subtiliorem, tamen ne huic doctrinae totum semestre impendatur, temporis brevitas studiique anatomici magnitudo prohibet. Est vero, si ab osteologia discesseris, nulla hujus studii pars aestivo tempori convenientior, quam doctrina de articulis et ligamentis; quanquam eorum etiam in recenti cadavere examinandorum nulla, sequenti tempore, negligenda est occasio.

IX. Physiologia. De hujus omni ratione ac disciplina alibi est a me expositum in Quaest. physiol. Lib. I.

X. Materia medica. Etsi medicis delectus habendus est medicamentorum: tamen non probo eos, qui materiae medicae doctrinam inutilium omnium et obsoletorum remediorum omissione nimis contrahunt et quasi coarctant. Nam hic delectus therapiae potius, quam materiae medicae magistris videtur convenire. Et verendum est, ne in ea re nimis multa docentium arbitratu constituantur. Deinde ne illorum quidem remediorum qualicunque cognitione medicum decet carere, quae jam non magni usus esse reperiantur; propterea quod, nisi cognitis etiam his, non potest inter priscam et hodiernam medendi rationem dijudicari. Igitur mallemus in materia medica omnem promiscue medicamentorum varietatem percenseri et expromi. Verumtamen ut illi delectui quodammodo

prospiciatur, medicamenta inutilia tantum leviter attingenda sunt. Itaque admodum optabilis foret libellus, qui omnem materiae medicae ubertatem quam brevissime exponeret, sic tamen, ut bona remedia super inania eminerent atque exstarent.

XI. Botanices continuatio. Praemissa plantarum physiologia et stabilitis earum generibus ac notis (vid. Sem. I.), nunc tironibus est exspatiandum in prata, hortos et sylvas, quo in rem praesentem veniant.

III.

1797.

SEMESTRE QUARTUM.

I. ANATOME GENERA PARTIUM DESCRIBENS: VISCERA, VASA, NERVOS etc. Excipio tamen osteologiam; hanc enim, quia non impeditur mensium aestivorum incommoditate, cum syndesmologia, in tertium semestre collocavimus. Nunc igitur eam anatomes rationem ac *μεθοδον* exquirimus, quae partium corporis humani genera persequatur. Atque memores esse oportet Lectores nostros, hujus disciplinae quandam quasi prolusionem inesse in illis acroasibus de Oeconomia corporis humani, a quibus omnino principium scholae medicae putavimus repetendum. Sed quae de fabrica viscerum et musculorum, deque vasorum et nervorum decursu illic leviter tantummodo et primoribus, vt dicitur, labris, delibata fuerunt, iam haurienda et imbibenda sunt, quam fieri potest, plenissime. Utrum splanchnologiae angiologiam et neurologiam, an his splanchnologiam praemiseris, nihil interest; quandoquidem partes corporis humani, in illis superioribus auditionibus, et singulatim, et conjunctim declaratae fuerunt. Igitur temporis opportunitate et magistri arbitratu id est constituendum. Sed de myologia non potest dubitari, quin ejus praegressione vasorum nervorumque descriptio magnopere adjuvetur: nam ut vasa et nervi, inprimis partium externarum, vel maxime ad musculos adhaerent, ita illorum idea cum recordatione musculorum conjuncta deprehenditur.

Sed ut tempus aequaliter distribuatur, hujus scholae anatomicae, quae in hoc quartum semestre incidit, majorem partem ad musculos vasaque et nervos volumus pertinere: etenim viscerum cognitioni jam antehac est consultum; tum per Oeconomiam c. h. tum in primis per illas secundi semestris acroases, in quibus grandiores partes junctim illustrarentur. Sed ibi non perinde omnes musculi toti et integri in conspectum veniebant: imo vero etiam vasorum et nervorum tantummodo rami apparebant. Ergo hoc semestri necessarium est separatim musculos, separatim vasa, separatim nervos, postremo etiam glandulas, explicare et omnino eum ordinem servare, quem etsi nolumus unum in anatome dominari, tamen nullo pacto negligendum ac deserendum arbitramur. Si quis metuat, ne nimium a nobis detractum sit splanchnologiae, quippe quam hoc semestri breviorem esse voluissemus: hujus nulla pars sejuncta est a vasorum atque nervorum descriptione. Namque facilius fuerit, viscera tractare omissis vasis et nervis, quam de his non ad viscera devenire.

II. Pathologia. Ad hanc plurimum opus est magistro, qui non careat dialectica subtilitate. Namque omnis pathologiae ratio ac disciplina in definiendis et distribuendis summis morborum generibus versatur. At vero eam subtilitatem volumus, quae non obscuritatis effectrix, sed perspicuitatis magistra sit, atque efficiat, ut distincte atque partite et cogitemus, et disseramus. Qua facultate, quae magnae artis est et dici non potest, quanto etiam majoris exercitationis, si magister caret, insigni orationem ejus obscuritate necessarium est laborare. Nam qui recentioribus temporibus in hac scientia principatum tenuerunt, ut Boerhaavius atque Gaubius, non magis ex medi-

corum officina, quam ex lyceo peripatetico pathologi extiterunt.

Sed ne per hos quidem ita nunc bene constitu-am disciplinam accepimus, ut, qui illorum vestigia nsequerentur, non graviter peccarent contra prae-cepta dialecticorum. Quod in primis factum est in palmario illo loco de generibus causarum, in quo fere arx collocata est universae medicinae. Etenim cau-am ajunt diversimode distribui oportere: igitur cau-am externam et internam, tum praedisponentem et occasionalem commemorant; sed de fundamento reti-ent, ad quod in harum partitionum quaque singula espiciatur. Atqui non hoc dissidet a norma disse-endi, unius ejusdemque rei plures partitiones effice-e; sed illud vitiosum, non addere fundamentum di-idendi. Itaque, ut hoc utar, cum ophthalmiam hirurgi dividunt, in humidam et siccam, acutam et hronicam, benignam et malignam (scorbuticam, ve-eream etc.): hactenus recte faciunt, quod in prima istributione ad externum habitum conjunctivae respi-iunt, in secunda ad morbi durationem, in tertia ad nateriam. Sed haec ratio locum non potest habere, i in his generibus unum deprehenditur per se con-tare sic, ut caetera in eo, tanquam in superiore ge-ere, contineantur. Hoc intelligitur, si genus attri-utum est et proprietas caeterorum illud quidem, cae-era autem non vicissim ejus quoque possunt attributa sse. Itaque causa remota attributum est causae prae-isponentis atque occasionalis, etiam externae et in-ernae: sed non, inversa ratione, illud vel praedispo-ens vel occasionale unquam est attributum causae roximae. At in illo supra laudato exemplo ejus-nodi ratio est, ut quodque ophthalmiae genus caete-orum attributum esse queat. Etenim et sicca, et

humida ophthalmia modo acuta est, modo chronica; modo benigna, modo maligna. Perinde in ophthalmiam acutam et chronicam siccitas et humiditas, benignitas et malignitas cadit. Denique ophthalmia benigna et maligna, nunc humida, nunc sicca, nunc febris particeps, nunc expers esse solet. Igitur horum trium generum ophthalmiae unuinquodque caeteris omnibus adjungi potest velut attributum. Quod secus se habet in illa divisione causarum. Non enim neque praedisponens, neque occasionalis causa dividi potest in proximam et remotam; utraque nimirum remota est. Similiter causae proximae repugnat externam esse, et externae, esse praedisponentem. Nam duplex omnino est modus dividendi: alter per formas, ut cum dialecticis loquar, coordinatas; alter per disjunctas vel contrarias. Enimvero quantum alteruter modus ad alterum accedit, tantum vitii habet. Divisio coordinata non potest eadem quoque disjuncta esse: disjunctam autem, quae formas communi generi subjectas, et proinde notiones oppositas, declarat, non decet esse coordinatam. Ergo illa causae divisio quoniam a coordinatae norma deflectit ad disjunctae oppositionem, nullo pacto est ferenda.

Est igitur illa emendanda fere ad hunc modum, ut omnino morbi causa sit aut proxima, aut remota. Proxima est, quod vocabulum arguit: ea, quae proxime, et nulla alia causa interjecta, efficit morbum: remota, quae hujus ipsius proximae causae vim efficiendi habebat, ideoque causa est causae. Harum vero remotarum aliae sitae sunt in corporis vitio quocunque, eo tamen quasi quiescente, nec per se sufficiente ad morbi maturitatem. Causa praedisponens. Aliae ad has excitandas et acuendas fortuito accedunt, tum per illarum sex rerum non naturalium,

tum vero quoque per violentiae alicujus, occasionem. Causa occasionalis. Quae partitio ut tanto plus etiam ad oculi usum opportunitatis habeat, membratim est disponenda.

CAUSA MORBI APPELLATUR, QUICQUID VALET AD GIGNENDUM MORBUM. Alia est

I. PROXIMA; alia

II. REMOTA. Haec dividitur in

1) PRAEDISPONENTEM et

2) OCCASIONALEM: haec nocet

a) PER SEX RES NON NATURALES,

b) PER VIOLENTIAM.

Causae internae et externae divisio vana est; quod etiam ab aliis video animadversum.

Sed non magis vera sunt, quae vulgo praecipiuntur de necessaria causae praedisponentis et occasionalis conjunctione: ut quum dicunt utriusque demum concursu morbos ad complementum produci; adeo ut, si alterutra desit, morbus locum nequeat invenire. Quod totum falsum esse, quotusquisque non intelligit? Etenim causae praedisponentes ipsae quoque quodammodo morbi sunt, et occasionalium accessu exoriuntur. Ut plethora et morbus est suis causis occasionalibus natus (v. g. victu jurulento et immodico, tum somni intemperantia), et aliorum morborum causa praedisponens esse deprehenditur. Jam pone plethoram adesse, ut una quoque in pulmonibus infirmitatem: habes causam praedisponentem ad haemoptysin; quae ut proveniat, nihil requiritur amplius, quam sive *διαίρεσις*, sive *διαπήδησις* vasorum. Sed ad hanc efficiendam quid semper ac necessario accedat causa quaedam occasionalis? Non satis est ad vasa vel rumpenda, vel diducenda, vis plethorae et infirmitas pulmonum? Haud potest dubitari, quin,

si a tussi, a cantatione, a refrigerio, a spasmis in abdomine, pectus vehementer incitatum atque commotum fuerit, tanto facilius atque citius profusio haec sanguinis oriatur: sed de hoc quaerimus, an, si horum nihil inciderit, haemoptysis non posset per unam causarum praedisponentium efficacitatem oriri.

Multo magis illud abhorret a vero, quod omnium morborum quandam praedisponentem esse volunt causam. Nam causa praedisponens, ut supra ostendimus, ipsa est in sese morbus quidam: ergo ex illo pathologorum decreto consequeretur, morbum fieri non posse, nisi alio praegresso, quamvis latente. Aut si quis illud infitietur, causam praedisponentem esse morbum: reliquum sit hoc, ut in sanitate praedisponentes causas morborum positas existimemus: quod repugnat. Atqui causarum occasionalium tam saepenumero violentus impetus, tamque in corpus humanum vehemens incursio est, ut solae per se ad morbum sufficiant, nec praeterea quicquam sit praedisponente causa opus. Quod non omnes hinc aegrotant, etsi speciosum est, nil probat, eos, qui jam aegrotent, per causam praedisponentem ad morbum inclinatiores fuisse. Etenim sumitur ut certum, quod nullo pacto certum est, ad omnes vim occasionis eodem modo pervenisse. Deinde, quod caput rei est, illud praeceptum non potest ad eos morbos transferri, qui a rebus oriuntur necessariam afferentibus morbi consecutionem; ut sunt laesiones externae, venena et hujus generis alia. Nam utcunque sis firmus: vulnus paullo gravius non carebit inflammatione, nec sumto veneno non graviter aegrotabis.

Denique, ut praetermittam alia permulta ad pathologiae disciplinam et artem pertinentia, nihil magis necessarium erat, quam definiendorum morborum

generalia quaedam praecepta constituere, ad quae non tirones tantum artis medendi, sed magistri quoque, tanquam ad normam et regulam, respicere possent. Quorum omissione nonnulli, quae in hac re ratio sequenda esset, usque adeo ignorarunt, ut a morbo ejusque definitione nihil omnino causam proximam differre dictitarent. Itaque cum duo omnino sint genera definitionum; alterum earum, in quibus qualis appareat res (τι ἐστι), alterum earum, in quibus cur et quomodo talis sit (δια τι ἐστι), exponitur; ante omnia dijudicare debebant pathologi, utra definiendi ratio et an aut una, aut utraque medicinae institutis apta esset. Nam si primo genere definitionis utaris, exponenda sunt symptomata primaria quaedam, per quae morbum a caeteris consimilibus distinguas: sin altero: omnem te oportet vim ac rationem morbi declarare: quod quoniam fieri, nisi explicata causa proxima, non potest, in hoc genere nihil a causa proxima discrepat definitio. Itaque post traditam ejusmodi definitionem ridiculum est, morbi causam proximam indagare, quae nimirum inest in definitione. Ut cum hydropem definiunt redundantiam seri in tela cellulosa, et hanc causam proximam subjiciunt, quod serum in tela cellulosa quiescat.

Ego vero hanc semper in hac re rationem tenendam esse putavi, ut morborum definitiones repeterentur a signis iis, quae pathognomonica scholarum more appellantur. Quibus etsi non causa et vis morbi declaratur, tamen notae perpetuae et constantes elucent, eam perspicuitatem afferentes, ut morbum, et genere et proprietatibus, possis a consimilibus omnibus internoscere. Namque hae definitiones, quarum magnus usus est apud Sauvagium, Sagarum, Cullenium et caeteros, qui nosologiam ad modum historiae natura-

lis descripserunt, non το δια τι ἐστι, sed το τι ἐστι explicant: suntque, ut cum dialecticis loquar, non philosophicae et geneticae, sed empiricae definitiones, ut omnino illae animalium atque plantarum. Si quis indignum hoc judicet pathologiae subtilitate, morborum non geneticam, sed empiricam definitionem afferre, vehementer erret. Etenim permultorum morborum nec causa proxima, nec genetica definitio potest inveniri. Quae est v. g. causa proxima scorbuti? Singularis quaedam corruptio humorum. Sed cujus generis est haec corruptio? Sui generis quaedam. At vero hoc nihilum est: ergo de causa proxima non liquet: proinde nec suppetit definitio genetica; quippe quae non potest declarari, nisi explicata morbi proprietate, vel, ut scholarum modo dicam, differentia specifica. Enimvero omnium effectorum, proinde etiam morborum, proprietas inest in causa proxima: ergo si quando haec latet (latet autem saepissime), ejus inanis est opera definiendi.

Volo nunc omnem hanc a nobis propositam rationem exemplo quodam illustrare. Definitio. Sphacelus est corruptio solidae partis fabricam in ea destruens et extinguens vitam. Causa proxima est stupor nervorum. Causae remotae occasionales sunt v. g. gravis inflammatio; vulnus contusum; ulcerum malignorum diuturnitas, gelatio membri a frigore; victus abhorrens a natura, ut in necrosi; venena lenta; contagium. Causae remotae praedisponentes, v. g. Nervorum vel omnino infirmitas, vel in parte affecta hebetudo; perversitas humorum; quaecunque ad inflammationem graviorem propensio, etc.

II. Exercitia dissecandi in theatro anatomico. In his miror, quid sit, quod omnis hic tironum labor in deglubendis et depurgandis musculis plerum-

que consumatur. Melius, opinor, tempus et operam suam collocarent in viscerum situ et conformatione inquirenda, tum in persequendo decursu vasorum nervorumque primariorum. Namque horum ad medicinae usum etiam atque etiam necessaria cognitio est. Nec possunt bene et distincte inprimis viscera conspici, nisi manibus tuis ea contrectes ipse et volutes, atque ab omnibus quasi faciebus intuearis. Musculorum autem, inprimis majorum (minutiores, ut staphylini, pharyngei, dorsales spinosi, vix quicquam momenti habent ad medicinae vel chirurgiae usum), simplicior et quasi explicatior conformatio est, adeo ut, si quidem oculi discentium oratione et manu magistri dirigantur, praeter diligentem illorum inspectionem considerationemque nihil magnopere desiderari videatur. Quod tamen non eo dico, ut musculorum dissectio a tironibus plane omittatur.

IV.

1 7 9 8.

SEMESTRE QUINTUM.

I. SEMIOTICE. Cum duo sint genera signorum, alterum illorum, quorum causa et ratio ex corporis humani natura intelligi potest, ut vomitus in fractura cranii; alterum horum, quae, quantumvis certa et per experientiam confirmata, cum eo statu, quem denuntiant, nullam habent perspicuam et necessariam conjunctionem, ut aurium tinnitus in febribus acutis: semiotice (quae nescio an in ipsa morborum notatione et animadversione potius, quam in recitationibus academicis addiscenda sit), a magistro vel maxime ad illud quasi rationale signorum genus debet accommodari. Nam caetera, nisi aegrorum quotidiana observatione declarantur, tironibus nullo modo perspicua fiunt. Igitur haec gravissima pars semiotices ad instituti clinici commodiorem disciplinam reservanda est, et in ipso medendi actu et negotio exercenda. Atque in hoc inprimis elucet ejusmodi scholarum clinicarum utilitas insignis et praestantia. Etenim fieri nullo modo potest, ut medicinae studiosi ad semioticen instituantur audiendis acroasibus, quanquam disertis et omnes copias expromentibus universae experientiae medicorum. Nam aut omnis vana est semiotices disciplina, aut non signorum descriptione quadam terminatur, sed eorum observandorum artem illa et viam commonstrat non oratione, sed manu. Qua de re in tradenda semiotice nemo quicquam laude

dignum consequi potest, nisi multo morborum curandorum usu exercitus.

II. Therapia generalis. Parum ab eorum sententia me alienum esse profiteor, qui hac nihil in universo medicinae studio difficilius existimant inveniri. Nam praeceptis illa constat maxime universalibus et quasi supremis, omnem in se complectentibus experientiae medicae infinitatem. Et quanquam, ante therapiam particularem illa, scholarum ordine, collocatur, quippe hujus fundamenta et principia declarans: tamen non potest dubitari, quin a singulorum morborum observatione et curatione, ad hanc altiorem doctrinam, medendi auctores et magistri pervenerint. Itaque cavendum est tironibus, ne ad illam scholam accedant, nisi qualicunque imbuti particularis therapiae non institutione, sed tantummodo praenotione. Ad quam rem nihil necesse habent acroases clinicas praemittere; tametsi ne hoc quidem vehementer reprehendendum putaremus in eo, qui tempore ita abundaret, ut proximo anno post ad has acroases, quasi antehac non auditas, denuo accederet. Verumtamen magnopere sum illis auctor, ut aliquantum medicinae clinicae delibent, saltem festinanter perlegendo libello aliquo de singulis morbis conscripto; ne, si unde petita fuerint illa universalia praecepta, et quorsum sint quasi reditura, nullo pacto intelligant, nimium haec institutio et obscuritatis habere et subtilitatis videatur. Optima tamen ad therapiam generalem praeparatio est pathologiae solidioris atque uberioris praegressio. Atque haec pathologiae ubertas inprimis eminet in parte ea, quam symptomatologiam solemus appellare. In qua, si morborum singulorum differentiae et formae inferiores aut omissae, aut tantummodo in transcursu percensitae fuerunt,

non magnum ad therapiam adjumentum et praesidium positum putamus. Igitur pathologiae magistri facere debent in schola, quod in praestantissimo nuper opere suo fecit Curtius Sprengelius, vir incomparabili doctrina et maxima disserendi perspicuitate praeditus, qui symptomatologiam diligentissime pertractavit, ita tamen, ut terminum non excederet pathologiae, neque in medicinae clinicae vicinitates evagaretur.

Proximum therapia generalis et velut naturale adminiculum habet a materiae medicae varietate, quam quia omnem expromit et ad medendi rationem accommodat, ejus cognitione praeclare instructos esse hujus scholae auditores necessarium est oportere. Sed, harum duarum disciplinarum affinitate, utriusque non levia peccata extiterunt. Nam alii in materia medica medicamentorum efficientiam et usum tam copiose illustrant, ut, praetermissa historia naturali et chemia, vere therapiae generalis instituta exponant; alii in therapia generali, in qua vel maxime inquirendae et eruendae sunt vires medicamentorum, de his admodum leviter praecipiunt, et tantummodo percensendo illorum nomina, non explicando proprietates. Credo ego hanc causam esse, quamobrem non pauci nunc therapiae generalis scholam omnino supervacaneam judicent: quae discentium levitas, ne magistrorum vitio excusetur, his ita oportet providere, ut cum generalibus medendi praeceptis copiosam ac diligentem medicamentorum enumerationem et explicationem conjungant. Etenim ejusmodi haec doctrina et institutio est, ut de morborum curatione generatim, de medicamentorum viribus autem speciatim praecipiatur. Itaque, ut hoc utar, ubi confirmandarum virium ratio exponitur, non satis est medicamenta, quae eo valent, no-

minando commemorare, sed debet illorum singulorum quoque diversa indoles et virtus declarari.

Et quoniam in therapia generali communes quaedam leges medendi sunt constituendae, quae in omni morborum genere vigeant ac dominentur: summa ejus fere inest in gravissimo illo loco de indicatione: nam liceat mihi barbarum hoc vocabulum, vulgari loquendi consuetudine jam inveteratum, retinere. Est igitur indicatio, naturalis quaedam velut significatio et postulatio auxilii, quo nunc sibi a medico natura succurri velit. Vt cum per nauseam dicunt indicari emeticum: sic intelligunt, nausea morbum, tanquam signo, medicamenti emetici adjumentum appetere et exposcere. Et hoc quoque recte posuerunt medendi auctores, naturalem illam remediorum significationem semper ad tuendam sanitatem contendere: igitur tot indicationes generales constituerunt, quot primaria sanitatis pericula et impedimenta naturae possunt imminere. Atque huic fundamento dividendi quatuor indicationes innituntur, omnium scholarum usu celebratae: vitalis, prophylactica, curatoria et symptomatica; quarum nunc haec, nunc illa luculentior et ad flagitandum auxilium urgentior deprehendatur. Sed quadripartita haec indicationum divisio neque satis vera, neque ullo pacto utilis est censenda; qua si vulgari scholarum more utaris, in maximos errores et ipse incidas, et inducas alios. Namque hic locus dividendi vitiis mire perturbatus atque depravatus reperitur. Et primum non video, quid discrepet ab indicatione curatoria, illa prophylactica, quam non ad futura, sed ad praesentia incommoda omnem volunt revocari. Etenim morbus jam natus non per προφυλαξιν et cavendi diligentiam avertitur, sed remediis impugnatur, propellitur, amovetur. Atqui veneni

stimulus, cacochymia, plethora, morbum non minitantur, sed inferunt: ergo quod in prophylactica indicatione de antidotis, de corrigentibus ac diluentibus deque venae sectione praecipiunt, hoc ad indicationem curatoriam quotusquisque non intelligit pertinere? Et si quis dicat, tamen gravioris morbi, imo vero mortis, periculum averti: nulla jam indicatio non prophylactica sit, quandoquidem omnis medendi ratio periculi suscipitur amotione. Proinde causa non potest inveniri, cur non virium confirmatio quoque, alvi purgatio, obstructionis resolutio et alia hujus generis ad prophylacticam medicinam referantur. Igitur aut nihil a curatione differt *προφύλαξις*, aut tota inest in morborum praecavendorum diligentia et omnino sanitatis tuendae praesidiis continetur. Atque haec mihi ratio fuit, quod diaeteticam, illam unam et veram vitae ac sanitatis moderatricem *προφυλακτικήν*, therapiae continuo succedere volui; ut sic propior ejus et arctior cum therapia necessitudo appareret.

Non minus haereo et laboro in indicatione vitali definienda. Nam virium infirmitas aut idiopathica, aut symptomatica esse perhibetur. Si posterius, eam sublevare jubet indicatio symptomatica: sin prius, corroboranda est propter curatoriam indicationem. Ecquid igitur est indicatio vitalis, quam inter utramque illam, velut tertium genus quoddam, scholae collocarunt. Nam indicatio vitalis communiter subest et curatoriae, et symptomaticae: nisi quis illam semper ac necessario curatoriam esse cum Brunone malit existimare.

Quae cum ita sint, quoniam per statum et conditionem corporis aut futurus morbus denuntiatur, aut praesens indicitur: omnem consequitur medendi rationem aut prophylacticam esse, aut therapeuticam.

Proinde indicatio quoque, quippe significans, qua sit medendi ratione opus, duplex est statuenda: una prophylactica, altera therapeutica. Quae posterior duplici modo adhibetur. Nam nunc ipsa causa et vis morbi debellanda est, nunc, siquidem hoc confici nequeat, incommodum vel symptoma, quod maxime urget, leniendum ac supprimendum: unde in promtu est, prout vel illud sanandi, vel hoc mitigandi consilium indicatio therapeutica sequatur, eam vel idiopathicam, vel symptomaticam spectari. Atque ut haec divisio uno conjectu oculi perspici posset, membra ejus singula, lineis et intervallis disjuncta, delineavi.

INDICATIO EST ADHIBENDI AUXILII SIGNIFICATIO, DATA PER CORPORIS STATUM ET CONDITIONEM.

Ea dividitur

I. IN PROPHYLACTICAM, quae inest partim in imbecillitate naturali corporis humani, partim in vivendi ratione, morborum causas afferente; et

II. THERAPEUTICAM, quae morborum praesentium remedia exposcit. Haec autem est

1) IDIOPATHICA, ipsius morbi,

2) SYMPTOMATICA, symptomatum remedia exquirens.

Quod ab indicatione vulgo distinguunt indicantia, hoc, nisi totum inutile est, ita intelligi debet, ut indicantia insint in statu corporis, indicatio autem conclusio sit ex his petita. Igitur formare indicationem, ut scholae loquuntur, vere nihil est aliud, quam recte interpretari et sequi diligenter illam indicantibus comprehensam naturae significationem.

V.

1798.

SEMESTRIS QUINTI

CONTINUATIO.

III. DOCTRINA DE FEBRIBUS. In hac inprimis febrium partitio constituenda est; quae ne firma et immutabilis sit, impediunt experientiae medicae et febrium ipsarum continuae vicissitudines conversionesque. Etenim morborum, non sicuti plantarum aut animalium, perpetua genera quaedam possunt stabiliri, quorum, si modo de notis convenerit, in promtu sit cognitio: sed quoniam nova indies ad pathologiam incrementa perveniunt, medicorum sollertia et observandi ac meditandi subtilitate; morborum divisiones, quantumvis diligenter descriptae, ut illae Sauvagii, Cullenii, Sagarii, et per experientiam declaratae, tamen longam perennitatem non consequuntur. Atque in doctrina febrium ita nihil certum et ratum habemus, ut ne de signis quidem constet: quae, ad inveniendam febrium partitionem, alii ab humoribus, alii a visceribus, alii a virium modo, alii ab alio dividendi fundamento, repetere instituerunt. Haec tamen sententiarum multitudo et varietas, siquidem pathologiae magister disserendi ac docendi perspicuitate non caret, hanc insignem utilitatem habet, ut unum genus morbi ab omnibus quasi faciebus tirones contueantur. Sed in hac divisionum pathologicarum inconstantia tanto magis optabile foret, ut quae nunc animadversae sint febrium differentiae, generibus pri-

mariis paucis iisque perspicuis et luculentis, omnes subjicerentur. Ut Reilius, doctissimus atque subtilissimus medendi auctor, qui tribus generibus omnem febrium diversitatem est complexus, si, ad quod horum generum quaeque, vel humoralis, vel gastricae, vel Brunonianae pathologiae, species proxime accederet, paullo apertius exposuisset, magnum scholis adjumentum praebuisset.

IV. Anatomia pathologica. Multo et cadaverum dissecandorum, et morborum curandorum usu hujus disciplinae magister esse debet exercitus; ne, in eruendis morborum sedibus et causis, circa observatorum thesauros trepidet incertus, eosque sine ratione ac delectu spolietur. Namque multa, si non apud Morgagnum, tamen apud Lietaudium aliosque non contemnendos scriptores, memoriae prodita leguntur, quae et ab anatomes, et vero etiam a medicinae veritate ac fide non parum abhorreant. Deinde magna in hoc genere peccata, causarum et effectorum commistione, extiterunt. Caeterum per pathologiam anatomicam vel maxime quoque illustranda et adjuvanda est semiotice, hoc modo, ut morborum signa, quae insunt in partium affectarum situ et habitu, exponantur. Quod inprimis ad chirurgiae disciplinam multum utilitatis habere deprehenditur: ut vulnera, tumores, fracta et luxata, nisi comperta partium perversa conditione, recte cognosci et aestimari nullo modo possunt. Atque etiam internorum morborum diagnosis ab hac semiotice anatomica multum adjumenti habet; ut nihil dicam de arte obstetricia, quae primo loco mihi erat nominanda.

SEMESTRE SEXTUM.

I. Ars formulas medicas concinnandi. Hoc a scientia differt ars, quod illa praeceptis addiscitur, haec usu et exercitatione comparatur. Igitur ad artem non, ut ad scientiam, conducit acroasium academicarum audiendarum sedulitas. Neque haec formulas medicas praescribendi ars perpetuam magistri orationem, sed tentaminibus discentium atque speciminibus extemporalibus interruptam, eorumque diligenti atque severa emendatione distinctam; adeo ut plus fere agendo, quam dicendo ac praecipiendo haec institutio absolvatur. Et si qui sunt inter medicinae tirones, qui ne hac quidem schola sibi admodum opus esse putent, in tanta copia librorum, formulas medicas omnis generis ostentantium: illos memores oportet, non hoc esse hujus disciplinae institutum, ut morborum remediis abundent, sed per eam imprimis provideri, ne medicamentorum compositiones aut neglecta proportione deforment, aut contrariorum confusione vitient ac destruant. Et quoniam omnis haec praeceptio a chemiae et pharmaciae decretis petitur, ad hanc utramque scientiam in tironum ingeniis subigendam, insignem illud commoditatem afferre, perspicuum est.

II. Diaetetice. Qui in omni studiorum ordine ac ratione veterem scholae morem et consuetudinem, velut normam ac regulam, sequuntur, a qua ne digitum quidem discedere audeant, ii vehementer hoc reprehendendum et nullo pacto ferendum putabunt, quod diaeteticen a physiologia, duorum semestrium intervallo, disjunxerimus, quacum illa nullo non tempore arctissimam habuerit societatem et conjunctionem. Sed illa diaetetices cum physiologia necessitudo

et cognatio non vera est et germana, sed spuria et per systematum conditores parata. Qui cum in utraque eminere ac dominari viderent ideam perfectae sanitatis, non dubitarunt, quin etiam communibus utraque praeceptis comprehendi deberet. Enimvero omnis de tuenda sanitate praeceptio manifesto pertinet ad prophylacticam curationem, et hactenus ad therapiam. Nam aut ne curatio prophylactica quidem ad therapiam referri debet; aut si eo debet, quandoquidem, ut nuper est demonstratum, morbos illa non praesentes impugnat, sed futuros avertit: diaeteticen quoque, utpote ab illa nullo pacto diversam, eodem esse referendam, manifestum arbitror. Sic volo intelligi: diaeteticen partem vere esse therapiae generalis eam, quae curationem prophylacticam persequatur. Atque iam illud mihi repetendum esse intelligo, quod nuper admonui, curationem prophylacticam scholarum more et compendiorum exemplo definitam, nihil a therapeutica curatione discrepare; propterea quod per utriusque instituta morbis praesentibus consulatur, ideoque aut omnino a therapia illam prophylacticam indicationem abhorrere, aut suo, id est diaetetices, nomine cum therapia esse conjungendam.

Sed ut sit aliquid a therapia sejunctum diaetetice: tamen nihilo excusatius peccarunt, qui cum physiologia ita eam nuper copularunt, ut ante pathologiam collocaretur. Nam cum omnis diaetetices disciplina in tuenda sanitate ideoque in morborum prohibendorum sollertia posita sit: manifestum est, hanc provisionem et cautionem scientia morborum totam comprehendi. Nam, ut hoc utar, nisi quis in schola pathologica didicerit, quid sit vel icterus, vel febris biliosa, et quo modo hi morbi oriantur: inanem sine sententia verborum sonitum audiet, quando diaetetices

magister excandescentiam et iram, propter illorum morborum incommoda, vitandam ac temperandam esse demonstrabit. Aut qua ratione perspicuum facias scholae hujus auditori, a victu jurulento nunc plethorae, nunc obesitatis molestiam, et ab hac vitae periculum, imminere, nisi, quae sint vel plethorae, vel obesitatis causae, et quo modo hinc sanitas laedatur, ex pathologiae institutis meminerit?

Multo minus illa semiotice sanitatis perspicua et utilis erit sine praecursione pathologiae. Nam signa prosperae valetudinis pleraque omnia non fortuita sunt, sed necessaria: id est non per experientiam (nam hujus omnis notatio et animadversio fortuita est et inscia causarum), confirmata, sed per rationem et corporis humani naturam declarata sic, ut, cur bonum statum indicent, necessaria quadam consecutione intelligas. Jam vero id ipsum perspici nequit, nisi cognitis morbis, quorum per illa signa suspicio et metus amoveatur. Ut hoc, quod urina, nisi post potum copiosum, non tenuis et aquosa, sed potius flava et saturata esse debet, hactenus perspicuum est, quod talis urina et spasmos abesse, et aquosas partes humorum ab oleosarum et terrenarum conjunctione non abhorrere significat. Igitur omnia signa sanitatis aestimantur oppositis signis morborum: atque urina flava et saturata, ut in illo exemplo maneam, bonum signum est non alia de causa, quam quia disparis generis urina malum signum esse deprehenditur. Nunc cur urina parca et aquosa mala sit, ex pathologia est repetendum: ergo etiam hoc, cur flava et aequabiliter mista non mala, sed bona habeatur.

Quae cum ita sint, vehementer dubito, an diaetetices doctrinam, quae omnem complectitur pathologiae varietatem, morborumque et antecessiones et

consecutiones respicit, etiam disertissimi scriptoris oratio, ita quasi popularem efficere queat, ut lectores extranei quoque et a medicinae litteris remoti ejus praecepta qualicunque modo assequantur. Quam mihi dubitationem ne Hufelandi quidem praestantissimum opus omnem nuper exemit. Namque difficile est legem observare, nulla perspecta ejus ratione; nisi obtemperandi necessitas jubeat et cogat: ut in legibus civilibus, quae magis imperatae quam declaratae esse videntur. Igitur quaevis ad sanitatem praescriptio ita diligenter inducenda est et aperte illustranda, ut, intellectis cavendi momentis, morborum non coeco timore, sed perspicua provisione, defectionem a norma sanitatis homines discant devitare. Enimvero si hoc difficulter et ne difficulter quidem efficitur in illo genere diaeteticae disciplinae, quod, siquidem planum esse studet et ad commune judicium ac popularem intelligentiam accommodatum, a pathologiae praeceptis sibi abstinet: novo argumento probatur, diaeteticen non physiologiae, sed pathologiae succedere debere.

III. Prima morborum dignoscendorum exercitia in instituto clinico. Dignoscendorum inquam, non curandorum. Haec mea sententia est: ut tirones assuescant et aegros videre, et observare morbos; antequam colloquia participent, quae et cum aegris, et vero inprimis etiam cum discipulis scholae clinicae magister habet, vel ad eruendam ac definiendam morbi naturam, vel ad constituendam indicationem, vel ad inveniendum medendi modum. Optimum igitur per hoc semestre est auscultare et videre, ac quotidiana assiduitate et consuetudine oculorum, ingenium conformare ad naturae notationem animadversionemque.

IV. Anatomia pathologica cadaveribus declarata. Haec ad investigandas morborum causas in-

stitutio esto per exempla singula, non harum causarum explicatio. Nam fieri non potest in his curriculi academici angustiis et in mira illa paucitate cadaverum, ut quae variorum morborum sedes per anatomen detectae fuerunt, eas, vel diligentissimus dissector unus, omnes spatio semestri aut deprehendat in cadaveribus, aut in scholis aperiat. Sed quoniam hoc dissecandi genus multas cautiones habet: volumus in hac schola aegrotorum cadavera, quae casus obtulerit, promiscue omnia examinari, discentiumque oculos, magistri voce et exemplo, dirigi ad inquirendas et aperiendas sedes probabiles morborum.

VI.

1799.

SEXTI SEMESTRIS

CONTINUATIO.

Quoniam nonnullos deprehendimus quibus in Semestri sexto nimium nos ad scholam clinicam properare, ab anatome pathologica autem causarum investigationem sejungere videremur: liceat nobis utrumque illum locum ex Prolusione V. repetere et duobus verbis illustrare.

Igitur 1), non praepostera jam sunt PRIMA MORBORUM DIGNOSCENDORUM EXERCITIA IN INSTITUTO CLINICO. Postea enim quam, per superiorum quinque semestrium studia, in propiorem artis medendi consuetudinem et familiaritatem tirones intrarunt: aegrorum visendorum desiderio plerique omnes agitantur; cui non repugnandum ego et obsistendum, sed assentiendum esse atque favendum arbitror. Nam etsi nondum adest disciplinae maturitas: tamen nihil abhorret ab utilitate jam oculis praeberi formas et imagines morborum, auresque medentium et aegrorum vocibus circumsonare. Imo vero ad illustranda vel pathologiae ac semiotices, vel therapiae generalis et materiae medicae praecepta, quid potest salubrius et melius esse, quam versari quotidie inter aegros et scholarum tenebras naturae luce collustrare, sententiisque ac decretis magistrorum, ipsis in sese obscuris, ejusdem naturae, velut interpretis, explanationem adhibere. Igitur qui hanc clinicam exercitationem

praegustare cupiunt, nullo pacto sunt impediendi: attamen erunt memores, se, pro hoc semestri, auscultatores esse, non disceptatores et actores. Namque multi, ut in illam scholam pedem immiserunt, nulla sibi amplius alia institutione existimant esse opus.

2) Per ANATOMIAM PATHOLOGICAM CADAVERIBUS DECLARATAM dissecandi exercitia intelligo, ad eruendas et explicandas causas morborum idonea. Horum nequaquam hoc institutum est, ut omnes corporis humani affectiones per anatomen declarentur; nempe hoc effici, propter infinitam rerum copiam temporisque brevitatem, nullo modo potest: sed ut tirones discant abditas morborum sedes augurari, prospicere, indagare, eruere; causas vero jam aliquo modo cognitas oculo et scalpello persequi atque in conspectum producere. Et quoniam magna est obscuritas ambiguitasque causarum: diligenter magistrum oportet providere, ne mortis effecta eo referantur; ut v. g. humorum concretiones et effusiones hujusque generis alia. Dolendum est, haec saluberrima studia cadaverum paucitate plerumque retardari: nisi forte in promtu sunt amplissima nosocomia, in quibus, pro insigni multitudine aegrorum, admodum numerosae mortes eveniant. Quod non in hibernum semestre hanc exercitationem collocavimus, hoc ideo fecimus, ne illud nimiis anatomiae laboribus obrueretur. Caeterum harum dissectionum brevitatem aestivi calores vix poterunt impedire.

VI. EXERCITIA DISPUTANDI ET SCRIBENDI. Quae vulgo collegia disputatoria solent nominari, horum plerumque non alium usum esse juvenes existimant, nisi ut ad probabilem latini sermonis volubilitatem et

elegantiam exerceantur et, inprimis pro disputationum publicarum solemnitate, verborum ac formularum apparatum sibi et ornatum comparent. Igitur ita quisque maxime illa negligit, ut ultra has scilicet academiarum nugas maxime, per conditionem suam, videtur elatus esse. Sed vero etsi permagni nos facimus litteras latinas: tamen tantum abest, ut ad has unas hanc disserendi exercitationem velimus pertinere, ut, si quis in ea re lingua vernacula uteretur, id non magnopere quidem reprehenderemus: modo non verendum esset, ne abolito, inter medendi doctores, usu latini sermonis, nimium augeretur frequentia istorum, qui sine ulla disciplinae scholasticae praegressione ad studium artis salutaris accedunt, ejusque summa jura et honores appetunt, tanquam stupiditatis et inscitiae suae tegumenta. Itaque, ut redeam unde digressus sum, finis primarius est, ut per disputandi ac scribendi consuetudinem et assiduitatem, ad cogitandi ἀκρίβειαν adolescentes et omnino ad idearum perspicuitatem instituantur. Quarum cum nullus usus est sine verborum delectu et collocatione; tum quae ad bene dicendum et scribendum juvant, eadem quoque ad recte cogitandum et judicandum.

Ad materiam horum tentaminum, sive per disputationes, sive per scriptiones instituantur, maxime conveniunt capita medicinae ea, quae tum definiendi ac dividendi, tum concludendi ac probandi ansam habent. Igitur alius, e. g. de viribus corporis humani edisserat, collata et comparata Halleri atque Stahlii ratione: alius, a febris definitione exorsus, omnia ejus genera explicet atque disponat. Nunc physiologorum vel chemicorum, nunc pathologorum et medentium contraria decreta et instituta disceptentur in utramque partem, et quid alia aliis antecellant, demonstretur

vel impugnando, vel argumentando. Nam per haec fit illa ingeniorum subactio, quam exquirimus. Enimvero situm et fabricam visceris alicujus describere, aut de medicamentorum natura et compositione referre: id, quia jam in promtu est ordo et consecutio idearum, memoriam nimirum firmat, non perinde judicium et intelligentiam. Sed quoniam haud facile est oratione perpetua disserere: gradatim adducendi tirones sunt a levissimis ad graviora. Igitur in principio enunciationes, praecipue definitiones atque partitiones, ductu magistri discant concinnare; deinceps pericula faciant argumentandi per rationes et conclusiones: postremo adhibeant stilum, qui, ut Ciceronis verbis dicam, optimus et praestantissimus dicendi affector est atque magister, et scriptiunculas experiantur; donec, per haec stadia et curricula, ad quandam disserendi, vel potius cogitandi pervenerint et ratiocinandi firmitatem.

At, dicat aliquis, haec citius futuro professori conveniant, quam medico. Quid vero? An iterem nunc et repetam, disserendi usu cogitandi facultatem adjuvari? Aut an utramque adjuvare nihil medentes necesse habent; quorum plurimae et gravissimae occupationes nunquam non faciant dicendi ac scribendi occasionem, imo necessitudinem? Etenim sive coram, sive per litteras de morborum statu et curatione inter se conferunt; aut in rebus dubiis aliorum judicium et consilium rogant, aut suis consultoribus de ineunda medendi ratione respondent: nihil sine sermonis perspicuitate possunt efficere. Et quid in hac re magis indignum est doctoris nomine et laude, quam inconcinna illa et verbosa nonnullorum locutio, per tortuosos periodorum anfractus et circuitus deducta; nunc longis rerum alienissimarum interpositionibus interrupta, nunc, post

longas declinationes et aberrationes; quasi somno experrecta, ad se rediens et propositum requirere ac repetere gestiens; aequabilem cursum tenere et exitum invenire nescia, et omnino ad audientium legentiumque molestiam et defatigationem comparata!

Quid dicam de publico medicorum illo atque forensi munere; cujus nulla pars vacare scribendi officio potest. Atque hic non magis vitiosa est rerum ignoratio et omissio, quam verborum obscuritas. Nam ut v. g. publicus dissector anatomen calleat: nisi ordine ac via procedit cadaveris descriptio, neque laesiones eae, in quibus summa futura est judiciariae inquisitionis, in plenissima luce collocantur; nihil hinc causa instruetur. Perinde existimandum est de commentariis diurnis super progressu et exitu vulnerum atque morborum; de tentaminibus, quae ad inquirendum mentis statum, per interrogationes et colloquia, habentur; de relationibus atque judiciis ad magistratum. In quibus omnibus magis plerumque scribendi negligentia, quam observandi errore et doctrinae inopia solet peccari. Itaque tantum mali est utilissimam illam exercitationem negligi, quam illud, quod doctores imberbes, a panegyri ac diplomate, velut a partu, recentes hujusmodi munera forensia et ambeunt, et, quia exiguae nimirum illa sunt mercedis, non difficulter impetrant.

Sed inprimis ad responsa (decreta intelligo qualia dantur totius collegii nomine et auctoritate), magnopere expetenda est quaedam exquisitior et accuratior verborum non solum electio, sed etiam constructio; non ad gratiam et numerum, sed ad concisam et illustrem brevitatem. Nam hoc scripturae genus non decet verborum copia diffluere, sed compressum atque contractum esse et rerum multitudine ac pondere

quasi onustum: ideoque a populari perspicuitate et intelligentia remotius est. Alienus omnis ornatus; cujus studium non ferat illa quaedam judiciaria et forensis gravitas. A qua eadem abhorret sermo quotidianus et verbis otiosis ad legendi facilitatem dilutus, quali fere utimur in epistolis familiaribus; sed oportet orationem, sine elatione ac summissione, incedere tardo et firmo gressu, atque omnino servare quendam quasi publicum ac solemnem tenorem, austeriorem illum tamen magis, quam splendidiorem et suaviorem. Atque etiam in hoc genere quicunque aliquid laude dignum sunt asseculi, omnes per illam scholasticam exercitationem eo pervenere.

Quae cum ita sint, quoniam nullum medicorum officium sermonis perspicuitate ac facilitate potest carere: nolitote haec studia nunc contemnere, carissimi Commilitones; quae in suos contemtores nunquam non ultionem obtinent. Etenim si quis linguae, vel manus usu careat; illius ego conditionem tolerabiliorem existimem, quam docti hominis, qui nihil quod alii intelligant, neque ore neque stilo proferre possit.

VII. Super veteris medici libro aliquo auditiones. Harum inprimis haec utilitas esto, ut antiquae medicinae forma et imago tironibus proponatur: non tam ad imitandum, quam ad comparandum. In qua re commodius arbitror, variorum scriptorum capita selecta strictim explicare, quam in unius singulum librum aliquem longius excurrere. Itaque magni usus foret chrestomathia e veteribus medicis congesta, et ad quendam pathologiae ac therapiae ordinem disposita et conformata. Cujusmodi libellis, quorum in omni genere litterarum fere multitudine laboramus, medicinae studium carere, non miror: scilicet emtores non invenirent, propter veterum linguarum inscitiam

et insolentiam. Sed ab hac schola, ne primarium ejus consilium alienis studiis, quanquam nobilissimis et utilissimis, impediatur, abesse debet exquisitior interpretatio, qualis esse solet philologorum, et omnino vitanda grammaticae artis subtilitas. Quae etsi vehementer expetenda est his, qui veterum medicorum operibus restituendis et explicandis aliquid perfectum et elaboratum afferre volunt: tamen, quia est a medendi usu remotior, neque omnium, quibus per illas acroases consulitur, litteris et studiis accommodata deprehenditur, ad hoc institutum non multum videtur momenti habere; quippe quod totum terminetur comparatione: hoc modo, ut quantum a prisca medicina recentior usus recedat, aut ad illius similitudinem accedat, potioribus utriusque collatis praeceptis et institutis declaretur. Atque ut comparatio haec tanto sit ad pathologiae ac therapiae disciplinam uberior: operae pretium est ex vetustis medendi auctoribus inprimis ea capita deligere, in quibus palmares et principes loci de morborum causis et curatione disceptantur. Sed ad morbos acutos maximam hujus studii partem manifestum est pertinere; tum quia horum indagandorum sollertia et curandorum sedulitate veteres excelluerunt; tum quod genus chronicorum (eos excipio, qui ad chirurgicam artem spectant) mutabile et varium est; quippe quod ad coeli regionem, ad consuetudinem victus et cultus, imo ad ingeniorum, in populis, et morum se vicissitudines et conversiones adaptat, et novas quocunque saeculo formas habet; adeo ut earum aegritudinum, quarum nunc maxima diuturnitas et communis frequentia sit, ne nomina quidem, apud antiquos, ne dum definitiones aut remedia inveniantur. Nam etsi acutorum quoque, tot saeculis, magnae mutationes factae sunt:

tamen est in illis aliquid stabile ac perenne, quod semper manet, et, cum maxima causarum et symptomatum diversitate, omni tempore uniusmodi ac sui simile deprehenditur: ipsa quidem febris, cujus moderatione ac gubernatione summa fere artis medendi comprehenditur. Deinde quoniam chronici morbi vel maxime studiis physiologiae illustrantur: veteres in hoc genere nihil magnopere comparatione et imitatione dignum, in suis scriptis, reliquisse non miramur. Quorum cum in acutis maxima auctoritas et incorrupta fides sit: tanto magis cavendum est, ne; quae illi pro suorum temporum ratione praecepissent, ea promiscue omnia et sine aliarum rerum respectu, ad veterum laudem et commendationem traducamus. Ut qui illas nuper a Brunone inventas medicamentorum purgantium formidines, Hippocratis exemplo confirmare studuerunt, in magno mihi errore videntur omnes versari. Etenim purgantia, illa aetate, pleraque omnia erant ex genere drasticorum, quae ne nostri quidem ad febrium curationem adhiberi voluerunt.

Sed cum illius scholae consilium et institutum ad morbos acutos proprie referatur, quorum et cognitione et curatione veteres inprimis excelluisse perhibeantur: si quis ad eam rem nullo alio scriptore, quam Hippocrate, utendum esse diceret: non magnopere repugnarem. Nam Hippocrates, una naturae notatione et animadversione, tantam in illo genere praestantiam est consecutus; ut qui ad hujus principatum, secundi accessissent, etiam nostra aetate, primi existimarentur. Attamen nollem Coelii Aureliani, Aretaei et Galeni copiis medendi disciplinam carere. Credo fore plerosque, qui mirentur, quid sit quod Celsum non laudem. Sed vereor, ne, qui hunc me-

dicinae cultoribus cummaxime tractandum et volutandum putaverint, non medicinam respexerint, sed medicam latinitatem; pro qua necessariam ille habet copiam vocabulorum omnium et formularum scribendi; ita ut nihil propemodum sit in universa artis salutaris doctrina, quod non Celsi verbis et ad ejus imitationem constructis, probabiliter exprimere et declarare queas. Igitur qui, inprimis de anatome vel chirurgia, latine scribere volent, his magnopere sum auctor, ut Celsi quaque die particulam repetant; alendae nimirum dictionis causa. Alendae inquam; non excolendae et perpoliendae. Namque scribendi genus exile et aridum est et expers elegantiae, tametsi non concinnitatis; adeo ut inter mediocres eum scriptores Quintilianus referat; miraturus ille si medicorum Ciceronem nunc audiret appellari. Sed ut ad medicinam reveriar, hujus non magnum vigorem in Celsi scriptis inesse, jamdudum praestantissimi auctores medendi animadverterunt; in his Nicolaus Leonicenus, Io. Heurnius et alii. Imo vero plurimi fuerunt, qui medicae artis praecepta, scholae ritu, addidicisse difficulter crederent; *κλινικον* fuisse, ne caeteri quidem audeant affirmare, qui ab illis dissentiunt. Nam qui octo libri de Medicina ad nos pervenerunt, partem faciebant Celsiani operis de Artibus; ut codices scripti testantur, in his Gudianus, ubi ante librum primum legitur: Artium liber sextus, idemque Medicinae primus. Videtur autem illud opus de Artibus fuisse quaedam, ut recentiorum modo dicam, Encyclopaedia, omnem exponens litterarum et artium humanarum varietatem. Itaque non magis medicinam in illo Celsus pertractavit, quam jus civile, philosophiam, rhetoricen, rem rusticam, artem bellicam et alia; irrisus ob id a Quintiliano XII. 11.

Atque ut Celsus non tantum litteris ac disciplina, sed usu et experientia quoque, medicus fuerit: nihilo majorem scripta ejus praestantiam habent; quae inter priscos vix nota essent, et ne apud recentiores quidem, quanquam antiquitatis caeteroqui valde studiosos, Switenios, Haenios, Stollios, in magno pretio haberentur. Verumtamen haec non eo dixi, ut Celsi opus plane abjiceretur, sed ut ostenderem, eos, qui ad illam veteris medicinae adumbrationem hoc uno in academiis utendum putent, nimis multum tribuere latino sermoni; cujus maxima asperitas et inconcinnitas summos viros non avocavit a lectione Coelii Aureliani, illo longe praestantioris. Quod reliquum est, non negligenda sunt chirurgica Celsi: nam in his multo, quam in medicis, doctior atque diligentior est, et vero etiam explicandis aliorum institutis uberior.

VII.

1 7 9 9.

SEMESTRE SEPTIMUM.

Therapia particularis. Multos ego medicos deprehendi, caeteroqui doctos et peritos, qui cum omnino nihil in ordine studiorum ab academiis instituto probarent, tum inprimis has de particulari therapia auditiones, post acceptam pathologiae ac therapiae generalis disciplinam, non magnopere necessarias esse, imo noxias, arbitrarentur. Videant hi, ne in magnum, talibus sermonibus, juvenes errorem inducant. Nam etsi non potest dubitari, quin singulorum morborum omnium definitiones atque curationes generalibus pathologiae ac therapiae praeceptis comprehendantur: tamen, quia, ut cum dialecticis loquar, plus inest in genere, quam in specie, operae pretium sane fecerunt medendi auctores, qui ex illa multiformi et infinita morborum singulorum varietate, eos, quorum prae caeteris perspicua indoles et magna frequentia esset, seorsim describere, nominibusque, tanquam notis, distinguere instituerunt; adeo ut qui cujusque habitus et cursus esset, et quae cuique curandi ratio conveniret, experientiae ductu et admonitu, significaretur. In qua significatione si quis dicat, nihil constans et perpetuum esse, nos facile consentientes habebit; at nihilo magis probata est vanitas therapiae particularis; quae per illas peculiarium aegritudinum species et imagines, non expressas, sed adumbratas, non solum

diagnosi multum lucis et adjumenti affert, sed etiam medendi vias praemonstrat. Atque multi morbi sunt, inprimis ex genere exanthematicorum, qui id quod sibi proprium est, fere ubique et perpetuo tuentur; etiam servatis symptomatibus ac signis fortuitis et quasi naturae non necessitate, sed arbitrio constitutis, quorum rationem et causam nullam queas in pathologia, nedum in physiologia invenire: ut v. g. macularum et pustularum color, figura et circumscriptio. Itaque vehementer vereor ut aliquis, quanquam ad omnem pathologiae ac therapiae generalis subtilitatem institutus, variolas veras a spuriis, aut morbillos a febre scarlatina internoscat, nulla adhibita therapiae particularis disciplina. Nam etsi morborum multae varietates ac dissimilitudines deprehenduntur: tamen aliquid omnes a genere suo commune et perpetuum habent, quod tegere potius et occultare interdum, nunquam autem deponere et amittere videantur. Jam ex illis perpetuis, qui sit morbus, therapia particularis probabiliter ostendit: atque morbi cognito genere ac nomine, curationem quoque non parum adjuvari certum est. Etenim sunt cujusque morbi cautiones quaedam et provisiones, ipso ejus nomine quodammodo significatae. Quas non a medicinae dogmaticae principiis, sed ab una experientia repetitas, qui nunquam antea didicerat, huic jam ad aegrorum lectos accedenti, anxie laborandum erit in morborum diagnosi, et multo magis quoque in invenienda curatione; donec suis erroribus et aegrorum periculis in rectam viam fuerit deductus. Talem ego non mirer, si febrem biliosam et peripneumoniam non discernat, et nunc venaesectionem, nunc emetica et purgantia fortiora temere aut omittat, aut adhibeat.

Quod nonnulli metuunt, ne constituta sic morbo-

rum singulorum curatione, a therapiae generalis norma tirones abducantur; id nullius momenti est apud idoneum magistrum, qui illam normam nunquam non respiciendam putabit. Atque hic therapiae generalis respectus exceptiones attulit, quae ad omnes medicinae clinicae leges adscriberentur. Ut, cum sanguinis missio in febribus biliosis vetatur summaque curationis in vomitoriorum usu collocatur: nihil receditur ab institutis universalibus therapiae. Namque si febres biliosae ingressionem inflammatoriam habent sine perspicua remissione, sanguinem detrahere etiam particularis therapia jubet; quae eadem quoque, si quando abstinendum est ab emeticis, id diligenter animadvertit. Sed vero persaepe ejusmodi res et conditio est, ut medicus junior, nisi proprio morbi genere et nomine admonitus (in utroque perspicuam aliquam significationem esse, supra ostendi), ad maximos et nocentissimos errores deferatur. E. g. qui unam illam generalem praescriptionem ac regulam sibi spectandam et sequendam existimet, facile possit peripneumoniam, quippe non semper habentem manifestas notas inflammationis, at tanto frequentius cum vomitu atque diarrhoea conjunctam, emeticis atque purgantibus tentare, quae fugienda esse vel unum pleuritidis nomen significanter monet. Et quamquam largior, medicos inprimis excellentes et multo rerum usu doctos atque exercitatos non magnopere curare, ad quod exemplum et παραδειγμα quemque morbum referant, aut quod ei, scholarum more, nomen imponant: tamen certum est, tirones his praesidiis et adminiculis mirifice sublevari. Namque omnis praeceptio ad juvenilis aetatis usum ita facilior et commodior est, ut propius attingit inferiorum generum adeoque ipsorum sensuum vicinitatem. Qua de re

etiamsi omnis v. g. febris quartanae curandae modus in therapiae generalis institutione involutus est atque comprehensus: tamen, hac praemissa, tanto magis dilucida erunt quae de febre quartana seorsim exponuntur.

Et omnium minime illud verum est, quod hujus scholae therapeuticae, et naturae i. e. veritatis maximam ajunt discrepantiam deprehendi, adeo ut nihil in illa audiatur, quod non deposito tirocinio mutandum sit ac plane abjiciendum. Etenim qui hujus doctrinae se magistros in academiis profitentur, ii sunt ipsi quoque naturae observatione et animadversione eruditi, et experientiae copiis locupletes: ergo cur in horum acroasibus magis, quam in aliorum medicorum scriptis, a natura discedatur, intelligi non potest. Attamen non diffiteor, huic scholae adjungendam esse exercitationem clinicam, ut tironum in rem praesentem adductorum ingenia, in ipso actu et negotio, ad artem salutarem conformentur. Sed de his alio loco.

Chirurgia. Hanc perinde, ut therapiam, distribuunt in generalem et particularem: at hujus divisionis paulo alius modus est aliudque fundamentum. Utriusque chirurgiae communis materia deprehenditur: obstructio, tumor, inflammatio, suppuratio, gangraena, sphacelus, vulnus, sanguinis denique ac lymphae profusio; et hujusmodi alia. Atque chirurgia generalis in his morbis et affectionibus versatur sic, ut omnino corporis humani fabricam et naturam respiciat: telam cellulosam, vasa, nervos, viriumque, inprimis vitalium, statum et conditionem. Sed quoniam singula pars quaeque aliquid peculiare et proprium habet, a situ suo et constructione et vero etiam praecipue a vasorum nervorumque magnitudine et conjunctione: inventa est chirurgia particularis, quae

illas communes affectiones in singulis partibus persequeretur, et quid ab harum proprietatibus illis proprium accideret, et quae propria adhibenda esset curandi ratio, constitueret et explanaret. Itaque, ut vel tironum causa exemplum afferam, cataracta est obstructio; ea vero lentis crystallinae contextu et situ, tum membranarum et tunicarum vasorum nervorumque vicinitatibus, peculiariter definita. Simili modo in caeteris affectionibus omnibus, quae singulatim pertractantur, subest aliquid ex illis communibus: tumor, inflammatio, vulnus, abscessus etc.

Enimvero de illis generalibus quoniam copiose exponit pathologia: hic breviter tantummodo et strictim existimo dici oportere, ne ad capita ea, in quibus haec manu medendi ars vel maxime dominatur, tempus deficiat. Itaque non ferenda est ratio eorum, qui in prima parte omnes illas retexunt quaestiones pathologiae, et postremo, ubi tandem ventum est ad enchirises et instrumenta, duorum vel trium mensium angustiis ita constricti sunt, ut haec potiora et primaria festinanter tantummodo et perfunctorie attingere queant. Etenim illi generales loci pathologiae sunt multi sermonis: et memini aliquos in explicanda inflammatione ita finem non invenire, ut bonam semestris partem in hac una consumerent. Qua de re, etiam in his, hanc ego verissimam laudem esse arbitror boni doctoris: ita imperare orationi, ut tempori obsequatur. Igitur quoniam disciplinae chirurgicae institutum vel maxime ad proprias laesiones partium singularum spectat, alienum et incongruum est, illas notiones universales de inflammatione, tumore etc. utpote in schola pathologica et therapeutica jam constitutas, iterum copiose disceptare: a quibus tantummodo ingressio repetenda est sic, ut universa illa ca-

pita chirurgiae generalis ad isagoges brevitatem retrahantur. Atque ita quisque maxime hanc rationem probabit, ut maxime chirurgica arte et peritia valebit. Etenim qui, sub obtentu solidae doctrinae, chirurgiae generalis exitum non possunt invenire, singulas curationes autem vix leviter attingunt, hi fere esse solent ab earum rerum cognitione et usu remotiores, in quibus manu medendi ars residet ac dominatur: instrumentorum et enchirisium; ad quae semper revertor, quia sine his chirurgia esse nequit.

IV. Politia medica. Hanc qui communibus acroasibus cum medicina forensi conjunxerunt, hoc mihi videntur secuti esse, ut inprimis jurisscientiae cultores, quicquid sibi a nostrae disciplinae copiis expetendum et mutuandum esset, id ab uno magistro et in una schola simul acciperent universum. Sed quid hoc illis afferat commodi non video. Nam perinde est, binas horas singulae cuique doctrinae impendant, an quatuor ambabus conjunctim. At vitiosum est, litteras disjunctissimas nominis similitudine copulare, quandoquidem politiae medicae et medicinae forensis nulla necessitudo deprehenditur, praeterquam quod medici publici (physicos vulgo appellant) utriusque muneribus et officiis funguntur. Et quanquam politia medica, ut de hac nunc separatim dicam, Frankii studiis ita locupletata et perfecta est, ut nihil magnopere in ea videatur desiderari: tamen non dubito, quin magnam haec disciplina accessionem habitura esset, si curandae sanitatis publicae officium paulo et exponeretur diligentius et constitueretur severius; regrediendo nimirum ad principia suprema juris publici naturalis. Nam ut praestantissima et saluberrima consilia politiae medicae auctores et doctores afferant: semper metuo, ne illi, penes quos est

mutare et agere, ad illa audienda et exsequenda dormitent, nisi persuasum habuerint, se ad vitae ac sanitatis humanae custodiam atque tutelam verae et perfectae obligationis vinculo esse adstrictos. Atqui hanc video plerisque omnibus opinionem inesse, ad corrumpendos ac depravandos imperantes, ut alia multa ex hoc genere, ab humilibus ac perniciosis assentatoribus inventam et propagatam: tuendae publicae sanitatis studium in imperantibus, rectum et laudabile esse illud quidem, at non debitum, sed ad officia humanitatis referendum, quae utilitate, non honestate, finiantur, nullamque evidentem ac stabilem convenientiam habeant cum legis et officii necessitate. Quod quam apprime falsum sit, nihil nunc necesse habeo demonstrare. Namque hac spe et expectatione in societatem civilem homines coierunt, ut statum suum et conditionem meliorem redderent, vitamque omnino efficerent beatiorem. Cui spei et expectationi, quae magna omni tempore principum non bonorum adversaria fuit, licet ego non diffitear, probabiliter satisfactum esse in plerisque partibus vitae et conditionis humanae; (nam qui securius ac melius vivi sine legum praesidio litterarumque et artium disciplina existimant, quam in civitate, illi nimirum glandibus vescantur): tamen, quantum ad sanitatem, manifestum est, majorem homines, inventa societate civili, jacturam accepisse, quam accessionem. Namque agrestes et barbaras gentes corporis vigore ac robore nos longe superare, quotusquisque ignorat? Et quoad longissime morborum generis humani origines ac fontes artis salutaris auctores persequuntur; inde usque repetentes, illos plerosque omnes e vitae civilis institutis, necessitatibus, utilitatibus, jucunditatibus, moribus, virtutibus denique ac vitiis intelligunt proma-

nare. Atque ex hoc fundamentum cognoscitur et necessitas officii, quo imperantes ad publice sublevandam ac tuendam sanitatem alligantur. Etenim ne aut usurpata potestas, aut sine consilio ac temere tradita et permissa esse videatur, debent illi primum omnium providere et cavere malis atque incommodis iis, quae per ipsam vitae civilis rationem invehuntur. Atqui, ut est dictum paulo ante, tota illa morborum caterva, ad quam disturbandam ac debellandam, una cum diaetetice, medendi ars comparata est, per ipsam inducitur societatem civilem. Ergo in hoc praecipua pars inest gubernationis, ut huic tanto incommodo omnibus modis prospiciatur; quod fit audiendis consiliis medicorum publicorum.

VIII.

1 7 9 9.

SEPTIMI SEMESTRIS

CONTINUATIO.

V. Historia medicinae. Hanc non dubito fore plerosque, qui in primum semestre dicant fuisse collocandam. Sed hi suae sententiae aut nullum argumentum, aut hoc ineptissimum afferent: cujusque scientiae primam ingressionem ab ejus historia duci oportere. In qua ratione id probandi causa ponitur, ut probatum, quod maximopere a vero abhorret. Etenim non paucos ego audivi inter jurisprudentiae doctores, qui ambigerent, utrum historia juris romani praemittenda esset institutionibus Justinianeis, an post harum praegressionem tradenda. Et quantum ad historiam ecclesiasticam: ea proprie non theologiae, sed societatis christianae historia est. At quomodocunque apud jureconsultos, vel theologos studiorum ordo describatur: quod, in hac re, utrorumque exemplo facerent medici, minime foret probandum. Nam et jurisprudentia, et theologia institutis arbitrariis continetur; quorum ratio, nisi cognitis eorum originibus, progressionibus, mutationibusque, plane non intelligitur. Medicina autem naturae notatio et animadversio est; ad quam per quos modos et gradus ventum sit, post omnem demum illius perceptam disciplinam aestimatur. Igitur hoc discrimen interest, quod illae litterae sine praegressa earum historia nequeunt attingi; historia medicinae autem non sine

praegresso studio medicinae. Etenim theologiae dogmata explicare, nihil est aliud, quam, qua auctoritate et quo tempore orta fuerint; et quorum aut consentientium decretis confirmata, aut dissentientium objectionibus impugnata, aut denique aliter sentientium interpretationibus et opinionibus mutata, vel corrupta deprehendantur, ex memoria repetere saeculorum praeteritorum. Nunc, quoniam harum rerum maxima conjunctio est cum fatis ecclesiae christianae: in schola theologiae dogmaticae perpetuus respectus est historiae ecclesiasticae. Proinde haec illam necessario debet anteire; fere ut jus publicum historia imperii romani. Etenim qui nulla ejus praeparatione ad haec studia accederet, magistrum, in illo historiae respectu, non assequeretur: nisi forte aliquem audiret ex genere illorum, qui, his litteris parum eruditi, theologiam dogmaticam non docere, sed dictare et quasi imperare consueverunt. Etiam doctrina christiana de moribus (si quidem in hac aliquid esse putatur non definitum ratione humana), historiae lumine nequit carere; quo ademto admodum obscurus relinquitur intellectus praescriptionum singularium, passim in sacris litteris obvenientium. Atque consimilis necessitudo est jurisscientiae cum historia legum; ad quarum cognoscendas rationes populorum, inter quos illae viguerunt, status civilis et publicus, ingeniique et morum indoles necessario debet considerari.

Horum nihil non contrarium est in studio artis salutaris; cujus praecepta, ut dixi paullo ante, naturae observatione, non hominum arbitrio, constituta fuerunt. Itaque si modo vera sint illa in sese et, per experientiae fidem, ad medendi usum comprobata: quo tempore et a quibus auctoribus, aut in quibus horum scriptis provenerint, quosque vel fautores, vel adver-

sarios habuerint: id, certe tironum causa, parvi refert. Et si maximi referret, ante intellectas res, quarum sic historia traderetur, perspici ab iis non posset. Nam quae v. g. de cursu chyli, vel de hepatis usu, temporibus variis opiniones et conjecturae prolatae fuerunt, licet nullo pacto cognitum habeas: idcirco non magis tibi obscura erit aut vasorum chyliferorum, aut hepatis fabrica et actio, ab anatomes et physiologiae magistro descripta. Idem de therapia et chirurgia statuendum est; ad cujus neutrius cognitionem historia medicinae tironibus necessaria est. Tironibus inquam: nempe magistrum ejus oportet peritissimum esse, ne, explicanda sententiarum varietate, una et ipse erret, et in errorem discentes inducat. Sed ad harum primam et inchoatam institutionem satis est, quae in quoque genere aliis alia placuerint, leviter notare. Nam illa diligentius exposita, sine historia medicinae, carent perspicuitate. Ista vero et ipsa quoque nihil perspicuitatis habet, ante perceptam medicinae disciplinam: ergo hanc non praecedere, sed insequi manifestum est oportere. Nam itero et repeto, illam, ante confectum curriculum, vix intelligi. Et ne vix quidem. Itaque, ut hoc utar, si per Herophili occasionem in vasa lymphatica sermo incidat, aut Coelium Aurelianum disserentem facias de vario cursu et exitu febrium acutarum: qui harum rerum ne nomen quidem audierit, multo minus ideam sibi animo informaverit, orationem tuam vix auribus, nedum mente ac judicio, comprehenderit. Talium intelligentiae ita nonnulli se accommodare didicerunt, ut, pro historia medicinae, vitas enarrent excellentium medicorum, fere ad Stollii, tenuissimi auctoris, modum descriptas: apud quem non cujusque ingenium velut in tabula depingitur; non quid ad illud aut excolendum, aut pervertendum valuerit

saeculi consuetudo et scholae ratio, animadvertitur; sed quo anno celeber quisque vir natus et in medicinae scholam commissus, quibus doctoribus, quo domicilio et convictu fuerit usus; qua in urbe medicinam docuerit feceritque; quae stipendia et ornamenta impetraverit; quos denique libros liberosque in lucem ediderit, curiose conquisitis harum rerum vilissimarum testimoniis, enarratur, magna cum lectionis et eruditionis ostentatione. His addunt librorum titulos, versionumque et commentariorum varietatem et operariam quandam alienorum judiciorum collectionem. Et quia has acroases non habent pro veteranis, sed pro tironibus iis, qui tirocinium vix susceperunt: ne hos rei gravitas offendat, de placitis clarorum virorum aut prorsus reticent, aut breviter tantummodo referunt, velut in appendicula. Ad quam rem satis esse ducunt, aliquas hinc illinc enunciationes ex eorum scriptis decerpere, exanimes illas quidem suorumque auctorum ingenio et sententia cassas. In controversiis non cujusque disputandi ratio dilucidatur; sed commemorantur numerosi scriptores, horum, si omnes dii adnuerint, passim recitatis verbis.

At, dicat aliquis, sic parum abest, quin haec schola omnino non necessaria perhibeatur ad studium artis medendi. Nam si hoc illa praecedere non potest: cur eo jam ad finem perducto et absoluto sit expetenda? Proinde quasi nullus usus esset litterarum earum, quae non ad praeparandam, sed ad expoliendam et perficiendam disciplinam adhibentur. Nempe igitur nihil juvabit, tantae artis et scientiae, posteaquam ad ejus elementa jam sis institutus, primordia et fata ex ejus quasi annalibus cognoscere, et a quibus causis vel accretionem, vel diminutionem habuerit, investigare? Nihil juvabit propius nosse illa excellentia ingenia, quae

vel naturae humanae et morborum contemplatione, vel remediorum inventione, hanc medendi doctrinam effecerunt, saeculorum omnium experientia coagmentatam? Nihil juvabit inter se conferre et comparare veteris ac recentioris medicinae disciplinam, et in quibus rebus altera alteri antecellat, aut haec ad illius exemplum sit emendanda, expendere et dijudicare? Denique nihil juvabit perpetuas illas contueri vicissitudines et conversiones opinionum, quarum, cum quaeque suo tempore maximam auctoritatem habuisset, nunc vix memoria supersit, atque, hoc historiae admonitu, ab assentiendi ac demonstrandi levitate ad judicandi moderationem considerandique ac dubitandi constantiam revocari? Et quanto majorem historiae medicinae utilitatem atque dignitatem esse intelligo; tanto vehementius laetor, ejus et addiscendae insigne praesidium, et vero etiam docendae ac tradendae praestantissimum exemplum nobis jam contigisse, opere Curtii Sprengelii, pleno illo medicae ac litterariae eruditionis, omnibusque de hoc genere libris multum anteponendo. In quo cum multa egregia sunt, tum inprimis hoc laude dignum et imitatione, quod infinita illa multitudo rerum et varietas, qua hoc studium obrutum deprehenditur, electe omnis et ad artis salutaris usum convenienter digesta est atque disposita.

Ad quem unum historia medicinae comparanda est sic, ut quaecunque eo non valeant, etiamsi medicorum clarissimorum inventa sint, plane debeant abesse. Itaque botanices, v. g. et chemiae historia tantummodo hactenus ad illam referri potest, quoad illa ipsa disciplinam attingunt medicinae. Atqui hanc non attingunt, nisi exigua sua parte; ultra quam nec oportet illorum historiam amplificare. Nam quod medici studia haec, olim dormitantibus physicis, neglecta et ab his propo-

modum deserta atque derelicta diligenter sunt complexi et in scholam suam, tanquam in hospitium, receperunt: id, praesertim nunc mutatis rebus, nihil argumenti est, aut illa ipsa, aut illorum historiam cum medicinae litteris communicari debere. Igitur de his tantummodo, quantum ad materiam medicam atque therapiam, dicatur.

Duplex vero in tradenda historia medicinae finis debet spectari; quorum alter ad physiologiam, in qua omnis inest copia et ubertas anatomiae, alter ad ipsam medendi artem pertinet therapeuticam chirurgicamque. Et quia medicinae, et inprimis physiologiae omni tempore magna necessitudo et conjunctio intercessit cum studio philosophiae: hujus auctores non sunt praetermittendi. Prae caeteris diligenter excutiendus Aristoteles; in cujus scriptis semina concepta et recondita sunt, imo jam evoluta atque explicata ejus doctrinae, quae in fertilissimo nuper G. E. Stahlii ingenio ad maturitatem adolevit. Etiam apud Platonem nonnulla inveniuntur huc referenda; praecipue in Timaeo: in quo, ut dicam in transcursu, illum locum illustrem de *ευκινητῳ* et *δυςκινητῳ*, miror praeteritum fuisse a Sprengelio, harum rerum verissimo caeteroquin amatore et aestimatore.

Quod olim scripseram, saeculorum ordinem historiae medicinae non convenire: in hoc me jamdudum ipse redargui. Etenim quae hunc ordinem non teneret, ea non medicinae, sed ejus institutorum historia foret. Quam, licet magnopere utilem et omnino cum partium medicinae omnium quaestionibus conjungendam, tamen satius arbitror, ad futuram legendi et comparandi diligentiam tironibus commendare, quam in propria schola tradere et illustrare. Nam temporis angustiae id vix patiuntur.

IX.

1799.

SEMESTRE OCTAVUM.

II. Medicina forensis. Hanc, more scholarum tractatam, medicinae cultoribus non magnopere expetendam esse putamus. Etenim amplissima illa disputatio de vulnerum aestimanda gravitate, tota continetur praeceptis chirurgiae; quae laesionum corporis humani omnium spem et periculum physiologicis rationibus ostendat. Igitur quae vel necessarias, vel fortuitas mortis causas afferant, siquidem aliunde perspicuum est: singulari ad eam rem institutione non videtur esse opus. Similiter caeterae quaestiones, ut de partu praematuro ac serotino, de impedimentis conjugii, de veneficiis, de amentiae verae et fictae signis, ad generalem disciplinae medicae normam ac regulam dijudicari possunt. Et quorum in his levitas aliqua et aberratio animadvertitur, hi non medicinae forensis, sed omnino medicinae inscitia labuntur. Etenim, ut hoc utar, in luculenta infanticidii suspicione pulmonum colorem et habitum vasorumque majorum plenitudinem et vacuitatem observare: id nimirum respectus jubet physiologiae. Proinde qui talia negligunt et in commentariis judicialibus praetermittunt; illius praeceptis carere sunt existimandi. Aut quum video permultos, qui ex respiratione inchoata, prodente se ac manifestante per pulmones qualitercunque diductos et natantes, tum ex sugillationibus indiscriminatim omnibus, necessaria ratione concludunt,

etiam post partum vitam foetus aliquamdiu viguisse: horum ego errorem non a medicinae forensis, sed ab aliorum studiorum neglectu puto repetendum. Multo minus illa tibi statum mentis inquirenti aliquid novi luminis poterit afferre; si modo pathologiae non destituaris et psychologiae eruditione: cujus utriusque mihi admodum inopes esse videntur, quicunque in memoriae firmitate idearumque ad hujus leges apta consecutione, sanae mentis notas ita inesse credunt, ut, postquam unum, vel alterum tentamen scilicet, per interrogationes et colloquia, cum reo habuerunt, sententiam suam fidenter et maxima cum asseveratione declarent. Idem de aliis hujusmodi erroribus statuo: quorum tantum abest ut immunitatem aliquam det medicinae forensis disciplina, ut ne ab his quidem, qui ejus scriptores se et magistros offerunt, abesse reperiantur. Ut illa vulnerum divisio tripartita et a chirurgiae observatione abhorret, et praeceptis repugnat dialecticorum. Nam inter necessarium et fortuitum nihil medium est; sunt enim contraria: ergo vulnus aut necessario, aut fortuito letale est: tertium genus, per se letalium, manifesta inanitate laborat.

Quae cum ita sint, quandoquidem principia et fundamenta medicinae forensis in communibus insunt medicinae decretis: illius scholae in academiis institutae consilium ad jurisprudentiae potius, quam ad artis salutaris studiosos debet referri. Vulgo recitationes promiscuae utrisque conjunctim habentur: sed verendum est, ne alteris obscuritate, alteris tenuitate hoc docendi genus videatur laborare. Etenim fieri non potest, ut sermo, ad eruditionis medicae gravitatem subtilitatemque comparatus, ab extraneis facile

intelligatur; aut quae horum intelligentiae sint adaptata, ea medicinae tironibus magnopere conducant.

Sed quanquam non probamus hanc inter diversorum studiorum alumnos partitam et communicatam scholam: tamen idcirco nollemus omnino medicinae forensis institutionem in academiis desiderari. At hujus aut nulla utilitas, aut haec est spectanda, ut juvenes, adhibito stylo, erudiantur praeceptis iis, quae viam efficere possint componendi scriptiones omnis generis, pertinentes ad officium medicorum publicorum. Itaque, propositis causarum judicialium exemplis, primum disquirendi dijudicandique momenta definiantur: tum pericula faciant narrationum, descriptionum, interrogationum, responsorum denique et decretorum; atque nihil omittatur, quod vel singulis rerum medicarum arbitris (quos physicos appellant), vel Medicorum Collegiis usu venire possit. Esto igitur disserendi haec scribendique disciplina plane ad exemplum et imitationem comparata collegii relatorii jurisprudentiae doctorum. Et profecto ad verum medicinae forensis fructum id convenientius fore arbitror et uberius, quam acroases habitae perpetua oratione; quae ab hoc genere prorsus aliena est putanda. Nam itero et repeto, quod dixi paullo ante: principia medicinae forensis (ea intelligo, quae disquirendarum causarum dijudicandarumque modum ac rationem ostendant), in aliis doctrinae salutaris partibus esse satis et explicata, et confirmata. Igitur non ad propriam scholam illa reservanda sunt, sed per omnes illas exercitationes diffundenda, ut in ipso actu et negotio illustrentur accommodenturque. Etenim quae medicorum publicorum, vel in disquirendo, vel in dijudicando (nam his duobus fere munus illorum absolvitur), peccata occurrunt: ea omnia sunt ejusmodi,

ut vir doctus et peritus eo nequeat incidere; homo autem solidae eruditionis expers et ignarus sibi ab illis nullo modo cavere. Ergo pro utrisque nihil commodi habet medicina forensis, tradita separatim. Sed ut sit aliquis omnibus litteris et praesidiis imbutus atque instructus: nisi scribendo valeat, judiciariam cognitionem parum juvabit, ad quam unam hoc publicum atque forense medicorum officium vel maxime dirigi oportet. Etenim non magis, in his rebus, vitiosum est verum non videre, quam, visum et cognitum, non perspicue declarare. Itaque summam et in singulis verbis ponderandis, et in universis collocandis construendisque curam postulat diligentiamque hoc scripturae genus; cujus maxima virtus habetur ille quidam elaboratus ordo cum concisa brevitate.

Sed quoniam negotiorum ad medicinam forensem pertinentium magnae dissimilitudines deprehenduntur: insignes quoque illarum scriptionum varietates existunt. Et quae cuique ratio ac forma conveniat, earum constitutis atque distributis generibus optime potest intelligi. Quod praetermissum esse in medicinae forensis disciplina tanto magis mirum, quod hi, qui ejus docendae in academiis provinciam suscipiunt, fere esse solent sodales Collegiorum Medicorum; in quibus quantopere id necessarium sit, usus et experientia demonstrat. Igitur, cum omnia, quae in hoc publico medicorum officio recte scribuntur, imitatione scribuntur jureconsultorum: tum, quod hi pro quoque genere scripturae in promtu habent exemplaria idonea, ad quae, velut ad regulam ac normam, tironum stilus exerceatur dirigaturque; id hujus doctrinae magistris etiam atque etiam censeo faciundum. Enimvero illius divisionis ac distributionis, quam volumus, fun-

damentum inest in illo duplici medicinae forensis consilio et instituto; quorum alterum ad rei investigationem ac disquisitionem, alterum ad dijudicationem ostendimus pertinere. Illud prius maxime est singulorum medicorum publicorum, qui physici vulgo appellantur; hoc posterius magis ad Collegia Medica spectat. Et licet utrorumque nonnulla communia negotia reperiantur: tamen non idem utrosque decet modus scribendi.

Igitur primo scripta physicorum (nam liceat mihi hoc nomen nunc adhibere), alia disquisitionem, alia dijudicationem declarant. Illorum tria omnino genera sunt: 1) descriptiones, 2) diaria, 3) narrationes.

I. Descriptiones sunt rerum earum, quae uno fuerunt observandi atque notandi actu et negotio exploratae et compertae: ut v. g. aegrotorum, vulnerum, medicamentorum, cadaverum etc.

II. Diaria sunt animadversiones perpetuae de quotidianis mutationibus successionibusque, inprimis morborum et vulnerum; hoc scriptae et exhibitae consilio, ut, symptomatum continuationem ac seriem gradatim insequendo, de causa et culpa possis aestimare.

III. Narrationes. Hae scribuntur ad Collegia Medica, ad judices, imo vero quoque ad principes regnantes et omnino ad eos, quorum, in medicina forensi et in cura publicae sanitatis, cognitio est atque judicium. Est vero illarum triplex ratio. Nam aut ad significandam rem tantummodo ac nuntiandam exarantur (*Anzeigen, Berichte*); aut interrogandi et consilii expetendi causa (*Anfragen, Informate*); aut denique praemittuntur judicio (*Relationen*); non ut lecturos certiores facias de re, sed ut eam cognitam

tibi esse, et perspectam demonstres, atque sic judicio tuo fidem facias. In quo postremo genere narrationis quantopere vulgo et a scribentibus et a legentibus erretur, deinceps admonebo.

Quantum ad dijudicationem, ejus omnino duplex est modus. Nam aut quid verum sit in aliqua re, aut quid agendum dijudicatur. Itaque distinguere oportet decretum (*Medicinisches Urtheil*), et consilium (*Gutachten*). Quod posterius vocabulum, vernaculo sermone, utraque significatione promiscue adhiberi, vitiosum arbitror. Consilia dare physicis paulo rarius usu venit, quam ferre et significare judicium.

Perinde scripta Collegiorum Medicorum ad disquisitionem omnia dijudicationemque possunt referri; sed inprimis ad hanc alteram: scilicet disquirendi officium hic non ita late patet, atque apud physicos, quorum in hoc genere nonnulla propria sunt; ut cadaverum inspectiones dissectionesque et hujusmodi alia. Sunt tamen multae res, quae identidem Collegiis universis ad investigandi et explorandi diligentiam committuntur: ut venena, medicamenta, aquae minerales, vina; imo vero etiam nonnunquam morbi, saltem animi; nisi aegrorum hoc infirmitas et loci remotio impedit. At quoniam haec brevi observatione terminantur, omnia ejusmodi sunt, ut descriptionibus, non autem diariis materiam praebeant; quae proinde abesse a tabula nostra necessario debebant.

Itaque munus Collegiorum Medicorum vel maxime in decretis atque consiliis versatur: quorum utrorumque scribendorum et praecepta et exempla, ad medicinae forensis disciplinam necessaria sunt. Nar-

rationum quoque multiplex usus est, et magna difficultas, inprimis earum, quae judicio praemittuntur (*Relationen*). Horum, ut supra dixi, non hic finis est, ut cum eo, qui judicium medicum expoposcit, narrando res communicetur; nempe antea jam illam compertam habet: sed ut, in eo qui judicet, illius inesse cognitionem intelligatur. Proinde quicquid non rationem ac fundamentum judicii habet, id hinc debet abesse. Ut in narratione, quae decretum super vulnere letali praecedit, incongruum est ex commentariis judicialibus universam cadaveris descriptionem repetere: sed cavendum tantummodo est, ne quippiam omittatur, quod aut ad dubitandum, aut ad affirmandum negandumve aliquid momenti videatur habere. Deinde quod ad narrationes attinet, quae suis decretis ad judicem scriptis (*Sections-Bericht*) physici praemittunt, cum omnino idem illarum consilium est; tum, si quidem non rei declarandae causa exarantur, quippe quae declarata jam est per cadaveris descriptionem et in commentarios relata (*Sections-Registratur*): apud Collegia Medica non maximam auctoritatem habent. Quod vidi nonnunquam offendisse jureconsultos; apud quos tantum valet hoc genus narrationis, ut in eo illud sic dictum visum repertum quaerant: quod nomen nullo pacto huic narrationi (*dem Sections-Bericht*), sed cadaveris descriptioni (*der Sections-Registratur*) manifestum est convenire.

Volo nunc omnem illam scriptionum varietatem, magis discretam, et in sua genera dispositam, in hac tabula proponere. Quae asterisco insignitae sunt, eae magis proprie pertinen ad physicos; caeterae et ad hos, et ad Collegia Medica.

Scriptiones in medicinae forensis usu necessariae:

A. Quantum ad disquisitionem.

I. Descriptiones: rerum non diurna, sed brevi observatione investigatarum.

1) In hominibus vivis:

a) status sani vel aegroti; quoad corporis habitu externo aliisque signis, brevi tempore, perspici potest.

b) morborum internorum

α) corporis, β) animi,

c) laesionum externarum et vulnerum; *)

α) infantum, β) parturientium, γ) puerperarum, δ) caeterorum. *)

d) infirmitatis ad conjugium. *)

e) mortis dubiae. *)

2) In Cadaveribus: causarum mortis illatae; *)

a) a morbis ac vitiis internis,

b) a medicamentis et per ineptam medendi rationem,

c) a venenis,

d) a laesionibus externis: α) per violentiam in infantibus atque adultis; β) per fortuitam temeritatem; chirurgorum obstetricantium etc.

3) In rebus inanimis.

a) medicamentorum,

b) venenorum,

c) alimentorum, sive naturae, sive hominum vitio corruptorum: inprimis vini adulterati.

d) instrumentorum laedentium.

II. Diaria de cursu, statu et exitu morborum, quorum continuata observatio ad judiciariam cognitionem necessaria esse perhibetur: *)

1) morborum internorum, α) corporis, β) animique,

2) laesionum ac vulnerum externorum,

3) effectorum dati vel sumti veneni.

III. Narrationes

1) ad rem significandam (*Anzeigen, Berichte*),

2) interrogationes (*Informate*),

3) praemissae decretis (*Relationen*).

B. Quantum ad dijudicationem:

I. Opinionis declaratio (*Medicinisches Urtheil*).

II. Consilii declaratio (*Medicinisches Gutachten*).

DE LIBERTATE MAGNO MEDICORUM BONO.

1 8 1 6.

Quod medici, utpote qui non in solemni munere, sed in opere sponte suscepto versantur, iis in civitate praesidiis et ornamentis carent, quae jurisconsultis et vero etiam theologis, quanquam coelestia curantibus, ad spem fortunarum et ad honorum ambitionem maxima passim et amplissima contingunt: id, licet aliquid iniquitatis habere videtur, tamen quin iis, qui artem salutarem profitentur, laetandum potius sit, quam dolendum ac querendum, nunquam, Lectores, equidem dubitavi. Etenim quibus litteris ac disciplinis quaestus aliquis in civitate et locus propositus est, earum et conformandarum, et exercendarum omnis ratio ad normam publice statutam definitur exigiturque. A qua si tantillum recesseris, praesto sunt admonitores nequaquam lenes. Medici vero, quia morborum cognoscendorum et curandorum praecepta nihil attinent ad statum publicum, sentiendi et agendi libertate fruuntur plenissime. Quae caeteris conceditur aut nulla, aut peranguste circumscripta. Nec tamen id magis aut mirandum, aut reprehendendum duco, quam illud, quod ipsa philosophia quoque observatur et custoditur acerrime. Nempe dum erit societas civilis, primaria ejus columina religionis atque jurium descriptione sustinebuntur. Quae agitare et convellere nullos profecto minus deceat, quam hos, qui eorum firmitati prospicere maxime debebant. Et

quoniam totius aedificii fundamentum, certe apud populos cultiores, legibus innititur rationis: philosophia, quae rationis inter homines interpres est et administra, admittitur illa quidem a rectoribus civitatum; at magnae continentiae ac taciturnitatis conditione. Verum quod intelligo aliter summis periculis non esse provisum, id me non impedit, ne medicos in eo feliciores censeam, quod apud eos hac cavendi diligentia non sit opus. Scilicet res eorum ut non publice aguntur, nec publico regimini subsunt. Pro hac immunitate, quantum quisque ingenio, litteris, studioque et industria valet, tantum utilitatis in communem salutem expromere atque conferre potest; instituta medendi vel inveniendo, vel edisserendo, vel ad ipsum actum et negotium adhibendo. Quod bonum qui non omnibus rerum secundarum opibus majus existimet, haud sane video quidnam sit, quod homo ingenuus et liberaliter institutus majoris aestimandum putet.

Est igitur medicorum ordo, in media civitate quasi ἀπολιτης, nullique dominatui subjectus, praeterquam ei, cujus una et auctor est, et particeps ipse. Disciplinae suae formam habet non aliunde traditam, sed propria auctoritate fundatam; neque tamen adeo fixam illam, ut non liceat inter litterarum conversiones subinde mutare, atque vetera depellere novis. Ac proinde nec magnopere reformidandum ei est odium novitatis, compositum illud plerumque inscitia et ignavia, rerumque saluberrimarum studiis infensum: quo immutandi ac novandi conatus vix retardari, nedum supprimi ac restingui patiatur. Cum Guilielmus Harvejus motum sanguinis, non suo ingenio excogitatum, sed integra et incorrupta naturae notatione exploratum, declarasset: praestanstissimo homini se objecit ingens turba non adversariorum, sed inimicorum. In his

nullus inimicior, quam Joannes Riolanus, Io. filius, homo asper, immitis et agrestis, et in omnes invehere solitus, qui a Galeno dissentirent, aut etiam ab ipso hoc Riolano. Hic, quamquam nullis in eam rem experimentis instructus, audacter negabat Harvejana omnia; maxima asseveratione confirmans, sanguinem in venis et antrorsum fluere, i. e. de truncis in ramos, et retrorsum de ramis in truncos: sic tamen, ut hic circuitus non ad arterias pertineret, neque ad vasa portarum. Itidem negabat de venis pulmonum, hocque viscere praeterito, sanguini viam ad ventriculum dextrum, non maxime commodam, aperiebat per septum cordis. Ad Riolani societatem complures, ut fit, se adjungebant, illius imitatione non argumentis pugnantes, sed maledictis. Horum nonnulli, cum, vel inviti, veritatem rei perspicerent; laudem inventoris cuilibet vetusto scriptori, ut Hippocrati, Platoni et ipsi Salomoni affinxerunt, ne Harvejo eam tribuerent debitam. Sed tamen hi stuporis et invidiae impetus paullo post resedere. Sanguinis motus in orbem saniorum omnium testimonio et judicio confirmatus. Riolani adstipulatores ad sempiternum silentium repulsi. Tota non physiologiae, sed universae medicinae, compages destructa, novaque exstructa de fundo ad fastigium usque; Harvejanae laudis autem ac nominis monumentum, ad quod marmore illo haud opus fuisset, in omnibus medicinae doctrinis collocatum; quod nulla unquam injuria delebit, neque temporum, neque hominum.

Eadem libertatis confisione medicorum ordo novas subinde morborum curandorum vias ingreditur prosequiturque; utut repugnet odium novitatis, quod in nullo alio genere magis praefractum deprehenditur. Multo enim maxima hominum pars, ne doctos quidem ho-

mines excipio, errores agendi etiam difficilius relinquit, quam cogitandi judicandive: atque in ingeniis imbecillis, etsi mira tenacitas est opinionum, tamen longe major plerumque esse solet obstinatio voluntatis: adeo, ut, cum suas opiniones tuentur, eas magis velle, quam probare, itidemque contrarias magis non velle, quam non probare, videantur. Quod saepius usu venit in disceptandis novis decretis physiologiae; quamvis non ad actionem, sed ad contemplationem pertinentibus.

Verum quaecunque illa pertinacia sit: medendi auctores, eam si rationibus frangere nequeunt, vel diuturnitate defatigatam conficiunt. Ambrosius Pareus, chirurgorum sua aetate facile princeps, vasorum obligandorum artem, ferri candentis usu omissam ac paene deperditam, commendabat, maxime quidem in praescindendis membris. Perpauci erant, qui rationem illam non reprehenderent; qui eam sequeretur nullus, praeter Guillemanium, discipulum viri et amicum singularem. Prae caeteris se objiciebat Gurmelinus, chirurgus non manu, sed doctrina, scriptor, isti quem supra vidimus, persimilis, h. e. maledicus cum rusticitate. Hic cum nihil sibi magis faciendum arbitraretur, quam ut Parei existimationem impugnaret: nominabat eum rudem, imperitum, inconsideratum; et vero etiam crudelem, ut qui hanc lanienam et carnificinam (Gurmelini verbis scribo), exerceret. Perinde ac si ad dolorem tolerabilior esset vasorum ambustio, quam per fila constrictio. Jacebat aliquamdiu illa Pareo usitata ratio, cum Fabricii Hildani, Sculteti, Dionysii, aliorumque in hoc genere clarorum virorum exemplo ab oblivione vindicabatur. Ex quo tempore penitus ea se in chirurgiae usum insinuavit; in quo nunc, praesertim facta senior, velut in antiqua possessione, consistit.

Medici ut vim vetustatis non pertimescunt: simi-

liter parati sunt reniti contra novitatis studia immoderata. Igitur cum sive de proprietatibus corporis humani sive de medicatione morborum nova decreta prodeunt: ea, prout experientiae et recto judicio vel consentanea, vel dissentanea judicant, vel recipiunt, vel repudiant. Existunt subinde et insolentius se efferunt ingenia perversa, turbulenta, simulque tenebrarum quam lucis amantiora, et hujus videlicet propriae naturae suae ostentandae adeo studiosa, ut potius delirare velint suo modo, quam, communi sensu et intelligentia, quicquam verum habere non proprium sibi. Qua stulta sui admiratione, cui intolerandam istam arrogantiam adjungere consueverunt, primo in physiologiam, indeque in omnes doctrinas cum ea continentes monstrosa somnia fundunt monstroso genere orationis: quale fere solet esse eorum, qui, ut vulgo persuadeant, se coelesti adflatu quodam instinctos esse, quemadmodum Delphica sacerdos olim, talia loquuntur, quae nec ipsi satis intelligant, nec, an intelligantur ab aliis, solliciti sint. Adversus hos *ἐνεϱγουμένους* frustra est, quod contendas per rationes: quippe quae temulenta ipsorum surditate, et laudatorum atque buccinatorum importuno clamore ac strepitu obruuntur. Verum nihilo secius iis occurritur atque resistitur; vociferando nimirum et eos, qui iruentis insaniae contagione nondum infecti sunt, dehortando. Plurimum quoque valet satira, et ea quidem, quod pro hoc genere consultius est, ridicula magis, quam faceta, et ad movendum risum, quam ad concitandam indignationem aptior. Ridendi autem multam materiam praebet acumen scriptoris jejunum et inops, speciem prae se ferens exquisitae subtilitatis; tum dictio inflata, tumida, grandibus verbis sine sententia magnifice resonans, ad auris atque mentis

sensum horridis et absurdis. Nec desinitur repugnari, donec res tota in principium, ex quo nata erat, h. e. in nihilum recidat intereatque. In qua repugnandi assiduitate et constantia saniores quique praecipuam laudem sibi et quandam officii religionem constitutam existimant. Ita fit, ut paullatim obmutescente ac discedente clamoso pecore imitatorum, ipse denique dux se subducat clanculum; nulla relicta, praeterquam in annalibus doctae amentiae, sui operis ac nominis memoria.

Sed veniunt nonnunquam in disputationem praecepta medendi talia, quae primo audaciora videantur, spectata autem multum commendationis habeant a veritate et inprimis etiam a salubritate. Quod ubi est, ne temere illa rejiciantur, cavetur hac moderatione, ut, quod iis vitii inest, id seligatur amoveaturque. Nam in doctrinis iis, quae ab experientia ducuntur, nulla sententia tam vera est, ut nihil falsi adhaereat; nec ulla tam falsa, quin aliquid veri. Itaque cum vel reprehendendi, vel approbandi modus exceditur et duo contraria extrema quasi de principatu contendunt: utrinque demitur quod nimium est, et additur quod parum. Tali modo gravissimae controversiae brevi terminantur; brevius certe, quam controversiae civiles. Haud enim opus est longa judiciorum circuitione et gradatim ad superiora provocatione: quippe doctiorum ac peritiorum tacita consensio putatur pro decreto. Joannes Bruno, multorum in arte medica errorum animadversor, homo acutus sane et perspicuus, caeterum nec experientia, neque doctrina excellens, differentia febrium sthenicarum, et asthenicarum, quam primus paullo diligentius explanasset, fere sic utebatur, ut omnino curationem febrium, prout earum genus reperiretur, ad vim vitalem aut deprimendam, aut

erigendam et confirmandam referret; missionem sanguinis vero et purgationem alvi (nam utriusque tunc frequens abusus erat), non, nisi magna causarum atque symptomatum exceptione, probaret. Ad hujus disciplinae novitatem et insolentiam diversorum ingeniorum diversa se prodidit immoderatio. Alii, qui inprimis medicinam gastricam sibi eripi nollent, quippe in cujus consuetudine nunc jam consenuissent, rigidi et immobiles persistebant in illo scilicet aureo dicto: ad remedia infirmitatis non veniendum esse, usque dum corpus delicti (sic enim causam morbi nominabant), repertum esset in latrina. Aliorum contra haec in hac re temeritas et inconsiderantia se proferebat, ut ultra disciplinam Brunonis, qui ne ipse quidem in hoc loco reprehensione carebat, progrederentur, atque sic universam medicinam febrium, quas plerasque omnes asthenicas faciebant, in remediis incitantibus et roborantibus positam esse, audacter affirmarent. Utrique sane magno in peccato versabantur; et hi posteriores quidem in capitali. Ecquid enim effici et cogitari poterat stultius, quam cerebro et nervis, summo ardore febris exaestuantibus omnium naphtharum igniculos immittere; nulla concessa, nisi quam fortuito roborantia praeberent, alvi liberatione. Memini aliquando Kappium (cujus senectuti Deus faveat!) mihi percontanti, quid sibi de his instimulatoribus videretur, suo more subridentem respondere: ex sua sententia eos similiter facere, ut si quis equo furenti calcaria impingeret. — In tali equite glorioso, nemo dubitaret, quin plus furoris esset, quam in equo. Neque tamen minus inconsulta erat illorum ratio, qui non dubitabant naturae conatus ad sanationem conturbare, perpetuis vexationibus ventriculi et intestinorum; aut vires ad illos necessarias cum sanguine profundere

et exhaurire. At neutra immoderatio dominatum obtinuit. Nempe, ut dixi modo ante, illinc demendo quod nimium erat, et hinc addendo, quod parum, lis ad hanc mediocritatem composita est, ut ab utraque parte insignis accessio fieret veritatis, jactura autem nulla, nisi erroris.

Quam mediocritatem (ut admoneam in transitu), haud putandi sunt excessisse Sydenhamii, Boerhaavii, Stahlii, Salvagii, Hofmanni, Cullenii, Stollii et caeteri, ante Brunonem, artis salutaris principes; qui vel purgationi viscerum vel sanguinis missioni aliquanto plus tribuerunt. Nam illorum aetate febrium, praesertim exanthematicarum, crebriores sane clades afferebat virium exaggeratio, quam prostratio. Brunonis instituta vero ad nostrum saeculum pertinent, sicut animorum, ita nervorum infirmitate nobilitatum. Deinde laudi potius illis sit, quam reprehensioni, quod caeli et aëris temperiem, oppidorum situm, aegrotantium naturas vivendique conditionem ac consuetudinem, tum mores quoque ad venerem, ad edacitatem, ad ebriositatem, ad desidiam, aut ad exercitationem corporis vehementem, inclinatiores respexerunt. Hactenus, etiam nunc, excellentissimi medici pristinae scholae praecepta et exempla sibi sequenda esse intelligunt.

Videte, Lectores, quantas res et quam praeclaras medici, summa generis humani utilitate, suscipiant, gerant, perficiant; sua sponte, nullius muneris publici admonitu, et, praeter potiores sui ordinis homines, consulto nemine. Num serio putatis, similiter futurum fuisse, si illa, quam dixi, a statu civili sejunctio non licentiam iis faceret ac commoditatem? si, ad evertendos errores vetustos et ad prohibendos recentes, non eorum unorum valeret opinatio atque auctoritas? si

controversiae de causis atque remediis morborum, ritu publico agerentur dijudicarenturque? Nae in hac arte, ad bene merendum, libertas complexio est adjumentorum omnium. Hujus libertatis ne umbra quidem pertinet ad medicinam politicam. In qua medici, cum existimatores et arbitri esse deberent, vix consiliarii adhibentur, adhibiti autem parum audiuntur.

Est vero haec libertas ejusmodi, quae ordini medicorum non modo nihil offensionis afferat, sed plurimum gratiae quoque. Etenim omnis operis, quod aliquis suo arbitratu dirigit, cum major admiratio solet esse atque laus, quam quod ad praescriptam normam: tum plus valet ad conciliandam benevolentiam. Sic, ut hoc utar, cum causam difficilem diuque in foro agitatam tandem obtinuimus, actori nos potius, quam judicibus, tametsi horum decreto vicimus, nos obstrictos arbitramur. Hi enim ex legibus nimirum decreverant et necessitate juris. Ille autem liberius omnia, et multa etiam ingeniosius fecisse putatur, simulque officio functus esse amici nostrae utilitatis studiosi. Similiter morborum sanatio praecipua momenta habet laudis gratique animi. Nam cum hominibus nihil sit vita carius: fit natura, ut eos carissimos habeant, quos illius sibi servatores extitisse, aut aliquando extituros esse, arbitrentur. Deinde ad gratiam, qua medici florent vehementer pertinet illa singularis quaedam reverentia: cujus haec vis est, ut medici perhonorifice tractentur, nisi dignitati suae officiant ipsi. Subest tamen ab hac parte aliquid timoris, et ejus interdum haud paullo plus, quam caritatis. Nempe ut quisque maxime suae tuendae valetudinis studiosus est: ita quisque maxime medicum reveretur: verens (nam inter revereri, et vereri non multum differt), ne is, nisi caute cum eo egerit, aut etiam ejus cuidam mo-

rosae asperitati non indulserit, vel inscius, ipsi diligentiam et operam minorem impertiat. Quod genus reverentiae passim erga medicum adhiberi videmus ab iis ipsis, qui observantiam exigunt ab omnibus, tribuunt, praeterquam potentioribus, nemini.

Sunt haec profecto talia, quae, mirum esset, si medicos non superbiores facerent; ut alios vel gentis claritas, vel locus in re publica honoratior, vel sola pecunia quoque. Horum bonorum enim nullum est, quod non praesidia quaedam habeat libertatis. Atqui omnis superbia ad libertatem contendit; ejusque sensu et usu exultat. Dicat aliquis, quilibet, inter doctos homines ingenio et meritis non infimus, civium suorum existimationem consequitur. Verum sine gratia nihil ad libertatem prodest existimatio. Gratiam autem vir fortis non propter se ipsam in expetendis numeraverit; sed quia commoditatem ea facit, ad praeclare agendum, secretis omnibus impedimentis. Idcirco tamen haud equidem sum immemor illius, quod dixi in principio hujus scriptionis, eas doctrinas, quae cum statu civitatis connexae sint, publicae moderationi subesse necessario oportere. Sed tamen optabile est, ut haec moderatio non ipsa sit immoderata, ne litterae, quae prudentiae civilis magistrae sunt, ejus famulae quaedam et ancillae esse videantur. A qua servitute unam philosophiam mihi liceat deprecari. Habetur enim ea hic illic nimium arcte. Quod in illos dictum velim, imperiosos et inhumanos dominatores, qui, ut sunt nullis liberalibus disciplinis exculti, philosophiam, quam, formidine quidem veritatis, magnae ipsorum adversariae, delere mallent funditus, siquidem hoc in tanta ejus dignitate efficere non possunt, in tam angustum locum concludunt, ut nulla tandem philosophia relinquatur, praeter illam exilem et ari–

dam, in quaestionibus minutis acutam et loquacem, in magnis stupidam et elinguem. Quapropter, etiam hoc nomine laetor ac glorior, mea qualiacunque in hoc genere studia in imperium incidisse Friderici Augusti: qui Saxonum suorum non dominus, sed pater, cum litterarum et artium omniumque rerum honeste utilium, mercaturae, agriculturae atque aliarum, progressiones libertate liberaliter concessa mirifice adjuvit; tum nominatim philosophiae, modo ea non prae nimia sapientia desiperet, aut impietatis et seditionum semina spargeret, nullo non loco fautorem se praebuit doctum et intelligentem.

Medicinam autem ne a tyrannis quidem video impediri. Est nimirum ea de genere doctrinarum mutarum. Ita enim eas nominare soleo, quae in atrocissimis iniquitatibus, omniumque jurium humanorum eversionibus silent; non ignavia quidem, sed quod nulla propositi sui ratione ad loquendum invitantur. Quae res omnino litteris iis, quae non in contemplatione versantur, hoc otium facit, ut apud eos suspicione careant, qui, vel ad nomen philosophiae, horrent ac fremunt: non quod illas colant, sed quia nihil eae adversantur injustitiae. Sed ut dicam, quemadmodum sentio, multum in ea re peccatur vitio et culpa non philosophiae, sed philosophorum. Horum enim complures libertatem sentiendi ad omnis perversitatis licentiam et olim, et nuper traduxerunt. Hi velim medicorum exemplum intueantur; quod alio loco iis ad imitandum proponam.

SERIES CHRONOLOGICA PROGRAMMATUM.

(Numeri Romani, uncis inclusi, illi sunt, qui vere in titulis programmatum leguntur et, forsan operarum culpa, non bene cum vero numero quadrant.)

I. QUAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.

II. MEDICINAE STUDIUM OCTO SEMESTRIBUS DESCRIPTUM.

INDEX ALPHABETICUS.

CORRIGENDA.

Pag. 16 lin. 9 lege παροξυσμῷ.
— 33 — 7 — veniam.
— 263 — 34 — cui adjungi.
— 340 — 33 — non fiat.
— 379 — 14 — in regno.

